Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Sacramentum Altaris Ipsis Regenitis Freqventer Iterandum Qvia Datur In Remissionem Peccatorum : Dissertatione Theologica

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1710]

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918/phys_0001
DFG

D Fa – 1090 1–18 (nr. 5a–c. 18a–c.),
Wig. duct. Lit. g.
V. 257.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918/phys_0002
DFG

SACRAMENTUM ALTARIS

IPSIS

REGENITIS

FREQVENTER ITERANDUM

QVIA DATUR

IN REMISSIONEM PECCATORUM.

DISSERTATIONE THEOLOGICA.

CONSENTIENTE SUMME REV. FACULTATE

SUB PRÆSIDIO

JO. JOACH. WEIDNERI,

PHIL. & S. S. TH. D. Vq; D. M.

Ao. 1710. *die* 16. *Aprilis*

IPSA VIRIDIUM VESPERA

IN AUDITORIO MAXIMO

VINDICABIT ET

AMICÆ DISCUSSIONI SUBJICIET

CHRISTOPH. WILHELM. STOLTE, Roſtochienſis,

SS. THEOLOGIÆ ET PHILOSOPHIÆ CULTOR.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

83

VIRIS
Magnificis, Prænobilissimis, Consultissimis, atqve Amplissimis
DNN. CONSULIBUS
EMINENTIBUS ET LONGE
GRAVISSIMIS
DN. SYNDICO,
SPECTATISSIMO ET
DNN. SENATORIBUS
PRUDENTISSIMIS

De Patria nostra immortaliter
ac Strenuè merentibus.
DOMINIS, PATRONIS
AC
MOECENATIBUS
Devotissimo obsequio submissè devenerandis
Præsentem Dissertationem cupit sacram

EORUNDEM

Obsequiosissimus & observantissimus
Cliens
CHRIST. WILH. STOLTE,
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918/phys_0006
DFG

Nobilissimo atqve Clarè Docto

DN. STOLTEN

Amico ac Respondenti Suo dilectissimo & maximè industrio

S. P. P. PRÆSES

NOn certè est *Ingeniorum felicium atqve singularium adeò copiosus proventus & felicior hodie messis; plures namqve velitant ocio & vulgar eruditioni, qvi lubentius vel in re supervacanea operam insumere, aut imis adhaerere qvisqviliis gestiunt, maximam partem contenti, si Catechesi leviter imbuti Postillarum facti sunt Domini & eqvites, qvæ ignorantiæ & negligentiæ ephippia atqve mulos cum ipso sacerrimo codice, Libris Symbolicis & Scriptis Orthodoxorum Exegeticis simul ac Elenchticis & Moralibus ægerrimè commutarent; qvin sæpius ea, qvæ fortean leviter didicerunt, sulcis, glebis & grumis præcipiti vindicant incuria: Non ita Doctissime DN. STOLTEN oleum ac operam perdidisti, sed qvod præfiscini dixero, solertissimam pueritiam, juventute strenua solidorumqve Studiorum avidissimâ augens, nunc ad scopum elevatiorem summa ingenii & animi contentione æmularis, Fortunet ergo DEus ut hactenus*

Clenus, sic imposterum laudatissimi molimine agitata, ut ex omnium bonorum voto perficias ea, qvæ spe non frustrata satis diu jamdum præcipiunt & Ecclesiæ nostræ pluribus aliqvando eruditionis non minus, qvam pietatis inservias commodis, in hunc finem meæ qvalescunqve preces Clementissimum amplexabuntur Numen & studiis atqve conatibus tuis laudatissimis affectu & officiis cum Deo nunqvam deero.

CORRIGENDA.

Pag. 1. lin. 26. leg: 1. Cor. 1. 6. P. 7. lin. 2. §. 5. sit: Matthæus. P. 13. §. 12. lin. 7. lege: aut. P. 15. lin. 25. Ephes. P. 30. lin. 17. lege: qvodqve. P. 33. lin. 7. perfectissimo. P. 35. lin. 21. lege: Galat. P. 40 lin. 23. lege: v: 34. P. 46. lin. 2. Matth. XXVI. 41. P. 47. lin. 29. legas Rom. VII. 17. Reliqva B. L. gratiosè corriget.

J. N. J.

PRÆFAMEN.

MAjestate qvadam & emphasi exqvisitissima DEUS noster Omnipotens in Creationis opere Gen. I. 31. hanc fecit clausulam: והנה טוב מאד *Et ecce* (totum mundi opificium complexivè cum omnibus animantibus, homine item singulariſſimè perfecto) *bonum erat valde* s. excellentissimè bonum. Vid. B. Varenius *Decad. Mosaic. p.* 135. Monstrabant etenim creata inexhaustam Summi Numinis sapientiam & ineffabilem operandi modum, unde non nisi perfectissima & in universum grata atqve exoptatissima provenire & exoriri potuerunt Conf. Clericus *ad Gen. I.* 4.

Eâdem &, si verbis exprimi posset, longe majori facundia de operibus restitutionis & salutis nostræ mediisqve in hunc finem ordinatis & ultra modum ac debitum sufficientissimis diceretur: והנה טוב מאד. πολύσπλαγχνος siqvidem miserator πλάσιος ὢν ἐν. ἐλέει διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην nos cum mortui essemus peccatis, vivificavit *cum Christo & suscitavit nos*, *sedereqve fecit cum eo in supracelestibus in Christo Jesu, ut demonstraret in seculis supervenientibus superabundantes divitias gratiæ suæ per benignitatem super nos in Christo Jesu Eph. II.* 4. *s.* Cum etenim in salutis Oeconomia *benedictus Deus & Pater Domini Nostri Jesu Christi benedixerit nobis omni benedictione spirituali in supra celestibus in Christo* Eph. I. 3. s. ut *ditati simus in omnibus per ipsum, nec deficiamus in ullo dono* Rom. I. 5. s. qvare non qvivis, rem hanc admirabilem, indebitam meritaqve nostra infinitis transcendentem passibus devotè pensitans, cum Psalte exclamaret; *Hallelu-Jah confitebor Jehovam in toto corde, in consilio rectorum & cœtu. Magna sunt opera Jehovæ, perqvisita qvoad omnia beneplacita eorum. Decus & honor est opus ejus & justitia*

ejus perstat in perpetuum. *Memoriam fecit mirabilibus suis, gratiosus & misericors est Jehova.* Psalm. CXI. 1. f.

Augebitur a. apprimè hæc Nominis factorumqve divinorum celebratio, si scrutamur in specie Numinis nostri alias tremendi & Zelotis Justissimi incomparabilem longanimitatem *erga impios*, ex qva *longus & tardus irarum* Exod. XXXIV. 6. *per divitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis ad pœnitentiam ducere* tentat Rom. II. 4, & ineffabili μακροθυμία *longanimis est erga eosdem, non volens qvosdam perire, sed omnes ad pœnitentiam concedere* 2. Petr. III. 9. ubi enim *abundavit peccatum, ibi superabundat Dei gratia* Rom. V. 20.

Colophonem citra dubium tandem attinget specialissima qvæ *circa pios* vigilat providentia gratia & misericordia; Cum enim ipsi etiam Regeniti legem velut Jugum ἀβάστακτον Act. XV. 10. ferre & implere neqveant, qvi potius non tantum fomitem peccati Orig. habent Ps. LI. 7. sed & inde propullulantes infestissimos sentiunt motus Vid. Rom. VII. 14. f. qvorum scelesta molimina ad ipsos usqve malos hinc inde grassantur actus, nam *caro concupiscit contra Spiritum & Spiritus contra carnem, & hæc adversantur invicem, ut non qvæ vultis, ea faciatis* Gal. V. 17. Adeò eqvidem, ut *si dixerimus, peccatum non habemus.* item: *Non peccavimus, veritas non sit in nobis & Deum mendacem faciamus.* 1. Joh. I, 8. C. II. 1. f. Nihilominus tamen in his multifariis imbecillitatibus gratia Dei, *qvæ magis exaltata, qvam cœlum super terram* Ps. CIII. 11. qvæqve *finem nunqvam habet* Thren. III. 22. *instaurat, stabilit, confortat fundatqve nos* 1. Petr. V. 10. ut *custodiamur per fidem in salutem paratam, ibidemqve hæreditatem incorruptibilem & immaculatam & immarcessibilem nanciscamur* 1. Pet I. 3. 4.

Qvo majori igitur clementiâ & gratiæ suæ superabundantis immensissimo cumulo ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν nostrûm omnium miseretur & per *verbum* ac *Sacramenta*, diviniſſima ista salutis off- & conferendæ, qvin confirmandæ & obsignandæ media in nobis *operatur tam velle qvam perficere pro beneplacito* Philip. II. 13. ut persvasi simus, qvod, *qvi incepit in nobis opus bonum, absoluturus qvoqve illud ipsum sit usqve in diem Jesu Christi*

Phi-

Philip. I. 6. eò etiam celebriori gloria laudibusqve interminatis *canendum* est meritò *in altitudine Zionis & confluendum ad bonum Jehovæ dum facta est anima nostra sicut hortus irriguus* Jerem. XXXI. 11. 12.

Ast proh! Diabolus more Philistæorum omnes divinæ commiserationis ac gratiæ puteos obturare & super istos rixari satagit Conf. Gen. XXVI. 15. ſ. ut reprobemus *aqvas Siloah euntes leniter* Es. VIII. 6. & *fastidiamus Manna velut panem vilissimum* Num. XXI. 5. Qvod & deplorando succedit fato non tantum inter frivolè impios, sed & qvosvis alios, qvi, fiat sæpius sub Schemate qvo velit & possit, Deum deserunt *fontes aqvarum vivarum & excitant sibi foveas, foveas confractas, qvæ non continent aqvas* Jer. II. 13. *Qvotus qvisq; enim* (scribo ex B. Lubecensium qvondam Superintendentis Andreæ Pouchenii *Christiana Responsione ad Jo. Palmerii Sacramentarii Protestationes A. 2.*) *est, qvi nesciat, aliqvot annis elapsis post Rev. & Sanctum Virum Dn. Mart. Lutherum, in æternam requiem & societatem omnium Beatorum translatum, sacrosanctum & salutiferum verbi divini depositum, multis in fidei Articulis horribiliter esse deformatum, dissipatum, depravatum, disjectum & pernicioſissimis corruptelis supra qvam fas erat, & dici potest vitiatum & fermentatum? Id enim etiamsi qvis inficias ire magno studio animum induxisset: tamen fateri velit nolit, cum coegerint tristissima & funestissima certamina de doctrina, qvæ summo cum mœrore & lacrymis piæ mentes aliqvandiu spectarunt, dum in Ecclesia Christi, non tantum adversus externos hostes Papistas & similes, sed etiam contra falsos fratres & adulteratores præcipuorum Articulorum fidei, qvi se veritatis assertores & vindices, & catholicos Christi cives præcipuos perhiberi voluerunt, certamina suscipienda & sustinenda fuerunt, nisi connivendo & dissimulando sinceri Ecclesiæ Christi Antistites committere vellent, veram & sanam fidem extingui, sincera Dei agnitione Ecclesiam spoliari & Luce Evangelii posteritatem culpa & negligentia aliena defraudari. Fuerunt qvidem, qvi hisce dissidiis Doctorum ferventibus & subinde vires acqvirentibus, optarint sapissime finem imponi & præscribi, & Ecclesiam omnino ipsis liberari: Sed ea fuit amentia & implacabile odium pacis, & tranqvillitatis pia in Ecclesia ineundæ,*

in Autoribus & assertoribus impiorum dogmatum, ut sine veritatis & doctrinæ Christianæ tristissima jactura, neutiquam Syncretismus verus iniri potuerit, imo eo deventum etiam sit, ut propemodum de omni consensu inter docentes desperatum fuerit. Non enim contenti fuerunt capitum doctrinæ præcipuorum depravationibus, quos sine modo alias post alias exquisito studio commiscebantur, prætoria auctoritate aliis dictitabant, & subsidiis scriptionum nefariarum confirmabant, verùm etiam sacrilegio huic suo adjungebant tam effrenem (uti toti mundo constat) maledicentiam, & virulentas calumnias, quibus omnes suos antagonistas, qui pro veritatis propugnatione noctu diuque in procinctu quasi armati stabant & immaniter, & supra quam Theologica ferebat gravitas & dignitas, deformabant, & in omnium contemptum, invidiam & odium adducebant, ut contumelias omnium scurrarum, qui unquam extiterunt, longè post se relinquerent. Qvamvis & B. hic Theologus ardentissimis hoc justè tribuat piorum precibus, qvod calamitas ista omni humana meditatione longè superior per *Formulam Concordiæ*, sigillum istud Symbolicorum Librorum verè divinum cessaverit qvadantenus, hodie tamen, qvod enixissimè dolendum, recruduerunt tot malorum pristinorum nefaria ulcera, qvibus medendis sanandisqve omnis vix sufficit orbis, ut, nisi Deus opem tulerit divinam, res conclamata ubivis ferme videatur; sufficienter siqvidem non explicabitur virulentorum recessuum lerna & perditionis nefandissimæ abyssus, qvalem Indifferentismus machinatur & indesinenti proh! molitur audacia. Exemplo nobis ex innumeris fiet locus de *Sacramento Altaris* & speciatim de Participatione *hujus & frequentiori etiam apud Regenitos iteratione* Vah! qvæ calumniarum falsitatumqve panditur vorago, si Diabolo liceret, medium hocce divinissimum & salutis nostræ efficacissimum eliminatum deprehenderes qvam diutissimè. Deum testor qvod introspiciens miserabilem Religionis nostræ faciem in gemitus diffluam præmetu, ne fortean redeat redundetqve super nos commiserationis divinæ analogum, qvæ Ephesinam terruit qvondam Ecclesiam & Apoc. II. 5. sic legitur: *Movebo candelabrum tuum è loco ipsius*, in id etenim Diaboli enititur invidia & tentant insimul

eam

eandem, qvi istius sunt partis, ut Ecclesia spolietur præda donisqve per Christi meritum acqvisitis, & Mysteria orbentur patrocinio simul ac valore.

In Confessum istud veniet ex Themate Nostro, docente, qvod *Regenitis prosit frequens Sanctæ Synaxeos iteratio, qvia Remissionem peccatorum offert atqve confert, & confirmat ac obsignat.*

Faxit autem in omnibus Salvator noster Jesus Christus, ut Sacramentum maneat sanctum & inviolabile. Amen!

TRACTATIO.

PRobans Sacramentum Altaris ipsis etiam *Regenitis & in statu gratiæ* manentibus iterandum.

Qvia datur in Remissionem Peccatorum.

§. I. CIrca ambages primum statim sectamur Thematis nostri Argumentum, qvod sc. Sacra Cœna ipsis etiam Regenitis sit iteranda, *qvia datur in Remissionem peccatorum.* Claris hoc docetur verbis ex *Luc. XXII.* 19. & 20. ubi de *corpore & sangvine* Christi dicitur, qvod *detur & effundatur* ὑπερ ἡμῶν. Et Mathæus expresis Mysterium hoc illustrat verbis scribens Cap. XXVI. 28.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς Διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

B. Seb. Schmidius vertit:

Hoc enim est Sangvis meus, ille Novi Testamenti, qvi pro multis effunditur in Remissionem Peccatorum.

§. 2. Moram non dabit diversa Lectio, qvando aliqva hic Exemplaria loco περὶ πολλῶν habent: ὑπὲρ πολλῶν & unum aliqvot pro ἐκχυνόμενον ἐκχυθησόμενον. Variatio enim Lectionum qvoad pauca Exemplaria corruptionem totius Codicis nunqvam inferet. Legatur Pfeifferus *Thesauro Hermenevt. p.* 81. *s.* & Majus *Exam. Hist. Critica N. T. Cap. XXIX. pag.* rec. *Edit. in*

IV. 385. *f.* & *Cap. XXX.* §. 14. *p.* 128. Qvamvis & induſtriam Dn. Franckii in Editione Novi Teſtamenti carpere neqveam, conferatur ejus *præfatio Editionis de Anno* 1702. id tamen juſtè moneo, ne qvis præceps criticis iſtiusmodi obſervatis Eccleſias & ſuggeſtum involet, eximiè ſiqvidem Mr. Claude *dans les Oeuures poſthumes Tom. prem. p.* 201. *ſ.* ſcribit qvoad verſionem in lingvam latinam: *Septimò abſtinendum eſt in qvantum fieri poteſt abs Obſervationibus à Theologia remotis, pono in hocce ordine* (1.) *Obſervationes grammaticales, qvales qvales ſint, tales enim cum non ſint cognitæ populo nil faciunt, qvam ut tædium & rejectionem concilient bono* (2.) *in hoc ordine Obſervationes criticas, ſumptas vel â diverſa lectione, vel de varietate lectionis aut aliarum talis modi rerum &c.* Addantur celebres & eruditiſſimi Autores der unſchuldigen Nachrichten *Anno* 1703 *p.* 715. *ſ.*

§. 3. Scopum itidem noſtrum haud protrahet ſatis agitata Qvæſtio, cur Textus præſens legat, qvod *ſangvis pro multis effundatur.* Non malè enim diceretur, *qvod Chriſtus pro multis Electis ſe dederit animam ſuam in pretium redemptionis ratione efficaciæ & effectus, qvia ſalvantur. Interim dediſſe ſe pro omnibus ratione ſufficientiæ ac valoris atqve intentionis ſeriæ.* Vid. Seb. Schmidii *Colleg. Bibl. poſt: ad locum Matth. XX.* 28 *p.* 68. Interea ſi malles cum Schmidio l. c. p 68. vocem *multi* ſubſtantivè exponeres; Aut, qvod mihi ſemper placuit, vi paralelismi ex locis 1. Tim. II. 6. Rom. III. 23. V. 12. 14. &c. commodè res illuſtraretur Vid. D. J. A. Oſiandri λυτρολογία *ex Matth. XX.* 28. *Sect. I.* §. *XII.*

§. 4. Levi & manu tranſeat dubiolum, qvod, cum apud Matthæum legatur περὶ πολλῶν Lucas habeat ὑπὲρ ὑμῶν. Etiamſi namqve cum B. Scherzero *Brev. Hulſem. Enucl. & auct.* p. 844. dicere poſſem: *Qvid impedit hæc verba* ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον *Luc. I. c. exponi: Super vos effunditur in Remiſſionem. Is enim ſangvis, qvi pro nobis in cruce eſt effuſus, ſuper nos etiam in ora noſtra effunditur ex calice, utraqve effuſio tam ſacrificialis in cruce, qvam Sacramentalis ex calice ſit in remiſſionem, ibi meritoriè, hic applicatoriè.* Vel ipſa tamen particula ὑπὲρ aliqvando neceſſario non

per

per *super*, sed per *pro*, vel, ut Germani dicunt: wegen transferri debet, ut ὑπὲρ ἀρετῆς Virtutis causa, ὑπὲρ αὐτὸ seinentwegen Conf. Gumprechts Blumenlese der Griechischen Sprache *p.* 829. & 1099. & Opitius *de Oraculo Johanneo* 1. *Ep. Cap. II. com.* 1. & 2. *Eph.* II. 12. *f.* addatur Jo. Mullerus, Hamburgensium qvondam celeberr. Senior. Anti-Jansen p. 652. *f.*

§. 5. Offendiculo ulterius, qvantum opinor, non erit qvod Matth. 9. verba hæc v. 28. acceptioni calicis demum adjecerit, ac si concluderet, ergo hic demum calicis est fructus & effectus, non verò panis eucharistici. Primò enim urgeri debet, qvod apud Lucam atqve Paulum exhibeatur corpus Christi *pro nobis traditum.* Deinde speciatim locus 1. Cor. XI. 29. jure contrariorum hunc asserit nexum: *Si indignè commedentes & bibentes, judicium sibi ipsis comedunt & bibunt, tunc dignè comedentes & bibentes comedent & bibent in remissionem peccatorum.* Et præterea cum veteres Græci de στίχοις, accentibus atqve interpunctionibus Codicis N. T. nihil sciverint Vid. D J. G. Pritii *Introductio in Lectionem N. T. Cap. XXIV.* §. 1. *f.* & D. J. A. Fabricii incomparabilis *Bibliotheca Græca Libr. IV. Cap. V.* §. 21. cui, me eqvidem judice, opinioni frustra se opposuit Brunsmannus in Tractatu Novaturiente ac suspectissimo: *De Accentuationis Hebraica Novella arte p. 6. f.* hinc sensus non malè sic conciperetur, ut hæc verba plenam sacræ cœnæ institutionem claudant, nec tantum ad calicem, sed utrumqve Symbolum qvadrent; sicuti enim sæpius *ad complementum sensus vox qvædam ἀπὸ κοινοῦ ex præcedentibus repetenda* Vid. Pfeifferi *Thes. Herm. p.* 409. *f.* Sic & hic ex *versu* 26. terminus λάβετε, vel etiam ex *Luca XXII.* 19. & parallelis: τοῦτο ποιεῖτε assumi posset, ut sic sensus foret completus: τοῦτο ποιεῖτε εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Hoc facite, totum sc. opus & totum actum Sacramentalem in remissionem peccatorum.

Non spernendum interea Considerationis objici videtur momentum, cur scilicet *Matthæus* & *Marcus* legant: *Hoc est sangvis meus Novi Testamenti, qvi pro multis effundetur.* Lucas autem

autem: *Hic est calix Novum Testamentum in sangvine meo, qvi pro vobis effundetur* & Paulus tandem: *Hic calix Novum Testamentum est in meo sangvine.* Sed ut ordine evolvantur cuncta, huc referri vix meretur malitiosa detorsio Verborum Institutionis, qvam memoriæ prodiderunt *Colloqvia Lutheri Commensalia ex Edit. Lipsiensis de Anno* 1700. *p.* 269. *b.* his verbis: Doctor Martin Luthern würde aus Nürnberg zugeschrieben/ daß ein Pfarherr/ ein Gauch in ihrem Gebiet einem Weibe hätte sollen das Sacrament reichen/und da er nicht hätte einen Kelch gehabt / da hätte er einen Löffel genommen und gesagt: Nehmet hin und trincket/ das ist der Löffel des Neuen Testaments; Rectè tamen judicium hoc addidit Megalander. Darüber würde D. Martin Luther etwas lachend/ aber er sprach: Das muß ein Bube seyn/und wenn ich wäre als die Herrn von Nürnberg / so wolte ich ihm des Löffels geben/ den es ist eine Blasphemia, ich wolte ihn ein Jahr lang lassen im Thurm werffen und sagen: Dieser Löffel gehöret in ein solch Löffel-Futter.

§. 7. Averruncato hocce absurdo solicitè potius explicandum est, qvale sit subjectum in propositione exhibitiva: τοῦτο ἐστι τὸ αἷμά μου: *Hoc est sangvis meus*? In controversias præsentium non immittar temporum, certum mihi siqvidem est & indubium, qvod celebratissimus Syncretismi promotor *Dn. D. Strimesius* nil adferre valuerit contra Summè Rev. Dn. D. *Wernsdorffium*, qvo corroboraret, dissensum inter Socios A.C. & Reformatos in Art. de Cœna non esse fundamentalem; Hinc & cum fiducia assero, qvod particula τοῦτο Unionis Sacramentalis demonstrativa totum συμπεπλεγμένον notet, solidè enim B. Cothmannus *de Præsentia corporis & sangvinis Dn. Nostri Jesu Christi in Sanctissima Eucharistia* (est hæc Disputatio Inauguralis *M. Jo. Latermanni* & prodiit *die* 16. *Jun. Anno* 1646.) §. 6. & 7. scripsit: *Locutio, qva Servator usus est, & vicarii ejus hodieqve utuntur, à Chemnizio, Gerhardo aliisqve rectissimè exhibitiva appellatur. Nec obscurum esse potest, qvid hic exhibeatur: panem enim tradi & exhiberi, sensus docent, non nudum autem panem, sed præter panem ipsum qvoqve Christi corpus porrigi, de eo clarissima Servatoris verba nos dubitare non patiuntur. Ita enim inqvit:*

Ac-

Accipite, Edite hoc (qvod sc. accipitis & comeditis) est corpus meum. Item: Bibite ex hoc omnes. Hic est sangvis meus Novi Testamenti. - - - Qvando itaqve Christus dicit. Hoc est corpus meum, subjectum itidem non pro solo pane, sed etiam pro corpore Christi accipitur sive supponit. Ante unionem qvidem corpus confuse concipitur, post factam autem prædicati cum subjecto conjunctionem distinctè & determinatè. Sicuti enim in omnibus aliis locutionibus exhibitivis id in prædicato exprimi solet, qvod sensibus minus obvium, ac proinde incognitum est, aut ad qvod auditorem maximè attendere volumus; ita hic qvoqve se res habet. Maximopere igitur falluntur Reformati, qvando per: Hoc, panem tantum significari firmiter sibi persuasum habent. Addatur Exc. Wernsdorffius in *Vindiciis Sententiæ Orthodoxæ, qvod dissensus inter Socios A. C. & Reform. in Artic. de Cœna sit fundamentalis Disput. poster. §. XVI.* Et D. Casparus Loescherus *Theol. Thet. p. 237. s.*

§. 8. Idem statuo de subjecto Biblicæ propositionis: *Hic Calix est Novum Testamentum.* Vocabulo enim calicis seu ποτηρίου (docuit sic qvondam B. David Chytræus *in Tractatu de Baptismo & Eucharistia p. 287.*) *non tantum poculum (s. materiam & formam vasis potum continentis) sed potum simul intelligi, adeò in omnibus lingvis & nostra enim Germanica usitatum est, ut non figuratum & obscurum sed maximè perspicuum & pueris etiam notissimum habeatur, nec solus potus, liqvor s. vinum sine poculo in manus sumi à Christo poterit. Qvod verò sit illud, qvod Christus accipiens calicem, cum benedixisset, discipulis bibendum dedit? Filius Dei aperte & perspicuè & sine ulla ambiguitate determinat & pluribus etiam ac evidentioribus, qvam in priore parte verbis declarat, cum de eo, qvod in actione cœnæ suæ, in his terris, in Ecclesia conventu celebratæ, externa exhibitione ori (omnium sumentium) bibendum exhibetur, demonstrativè pronunciat: Hic est sangvis meus, & velut occurreret nostræ ætatis depravationibus; non figuram, Symbolum aut typum, sed verum & naturalem suum sangvinem significari evidentissima declaratione addita testatur, cum inqvit: Hic est sangvis Novi Testamenti, qvi pro multis s. tota multitudine generis humani effunditur in remissionem peccatorum. Manifestissimum autem est non typico aut*

Symbolico Agni Paschalis, vel vitulorum & hircorum, sed proprio Filii Dei sangvine, Novum Testamentum condi, sanciri & confirmari & Ecclesiam à peccato, morte & æterna damnatione redimi & liberari Ebr. 9. Vid. Meisneri *Philosoph. Sobr. Quæst. Log. XIII. p. m. 320. s.* & Musæi Dissertatio : *De vera ac reali corporis & sangvinis Jesu Christi Domini Nostri in Sacra Cœna præsentia §. VII. s.*

§. 9. Qvod nunc ulterius prædicatum concernit, tunc apud Matthæum & Marcum legitur : *Hic est sangvis meus Novi Testamenti.* Ego cum in deliciis habeam semper, si in dogmatibus explicandis, perlustrato plurium & fide dignorum atqve probatissimorum sensu atqve consensu, is seligatur, qvi intentionem Sanctissimi Sp. arctissimè & ad amussim refert, non potui non qvam amicissimè complecti commentarium celeberrimi Crenii, qvi *Meditatione XIIX. ad Matthæi XXVI. 28. p. 623.* his legitur verbis : Er redet vors erste von dem rechten warhafftigen und wesentlichen Blut / darnach von seinem eigenen Blut. Mein Blut hat Er gesagt/nicht ein Figürlich/ bedeutend / oder vorbildendes Blut/ wie im Alten Testament der Böcke/Kälber/Ochsen oder Lämmer-Blut war/sondern MEIN/ MEIN Blut! welches durch jenes vorgebildet ward und in welchem alle Opffer des Alten Testaments ihre Endschafft und Vollkommenheit erreichet haben ; Mein Blut! und also nicht das Blut/mit welchen die Hauß-Pfosten besprenget worden 2. Buch Mosis am XII. 7. sondern MEIN BLUT/ welches vergossen wird zur Vergebung der Sünden : MEIN BLUT! mit welchen ich die Kirche erlösen will Act. XX. 28. MEIN BLUT ! nach welchen auch das Alte und Neue Testament unterschieden werden ; Den das Gesetz hatte den Schatten von den zukünfftigen Gütern/ nicht das Wesen der Güter selbst Ebr X. 1. Wie den denen Altvätern ja so woll von Christi Leyden und Tod/ in Verheissung und Bildern ist geprediget/als uns/ sie auch darauff im Glauben sich verlassen und durch die Gnade des HErrn JEsu Christi seelig worden/ gleicher Weise wie wir Act. XV. 11. aber Christi Blut/gleichwie es vom Heyland noch nicht angenommen worden/ also haben sie es nicht in seinen Wesen gegenwärtig gehabt und deßwegen nur mit Lämmern/Böcke/und Kälber Blut in

ihren

ihren Sacramenten als mit den Schatten sich beholffen. MEIN BLUT! so müssen wirs auch eigentlich verstehen von seinen Blute/ den des Blutes Denckmahl oder Zeichen/ ist nicht sein Blut/ wie ein Bild oder Conterfay eines Menschen ja nicht der Mensch selbst seyn kan. Das Zeichen kan nicht das seyn / was damit gezeichnet wird. Das Blut des Neuen Bundes nennets der Hr. der Neue Bund aber ist in keinen Zeichen oder Bedeutungen des Blutes Christi/ sondern mit den wahren Blute Christi selbst gestifftet/ so muß man ja allhie das wahre Blut Christi selbst verstehen. Das Blut so zur Vergebung der Sünden vergossen wird/ spricht Christus. Nun ist kein Zeichen des Blutes Christi vergossen für die Sünde / kein Zeichen oder Denckmahl könte die Sünde tilgen / das muste das Blut des Sohnes GOttes selbst thun/ wie die Schrifft gewaltig weiset. Wollan so können auch diese Worte der Einsetzung von keinen Zeichen oder Denckmahl des Blutes Christi verstanden werden / dieweil der Herr allen solchen lauffenden Glossen den Paß sehr starck verleget hat / daß sie nicht durchkommen können. Addatur Calovius *System. Tom. IX. Art. VI. Cap. I. Qv. I. & II.* & M. Georg. Lysthenii Concionat. Aulici Dresdensis IV. Predigten vom Abendmahl gehalten A. MDLXXVII.

§. 10. Et hæc eqvidem dabunt lucem, qvando apud Lucam & Paulum Calix dicitur ipsum *Novum Testamentum*. Non me fugit Megalandrum Nostrum hæc explicationis ergo adjeciſſe: Da Matthäus spricht auf Griechische Weise: Das ist mein Blut des Neuen Testaments/ spricht Lucas auf Hebräische Weise/ das ist das Neue Testament in meinen Blute. Vidi itidem, qvod Qvenstedius *System. P. IV. Cap. VI. Sect. II. Qvæst. I. p.* 190. illustrationem adjecerit: *Scilicet per hypallagen Ebraicam vid. Exod. XXIV.* 8. *& Conf. Ebr. IX.* 10. Sed cum in hypallage statuenda promptus non adeo deprehendar, Vid. Dissertatio mea *de Hypallage explosa ex Historia Leprosi Matth. VIII.* 3. ubi locum Ebr. IX. 20. restitui §. *sp. X, s.* nec, qvod locum Exod. XXIV 8. cum paral. Hebr. IX. 20. concernit, inde evictum sit satis, dari hypallagen cum simpliciter citra contorsionem verba Textus verti possint: *Ecce vel: Hic est sangvis fœderis, qvod pepigit Jehova nobiscum super omnibus verbis his* Conf. M. Frid. Bened. Kettneri Dissertatio *de*

Sangvine fœderis ad Exod. XXIV. 8. Addatur Calovius *in Bibl. illustr. ad h. l.* Hinc cum *B.* Varenio *Breviarii Art. XII. Sect. III.* §. 2. satis remonstratum credo, nullam hic necessitatem tropi, nedum talis, qvi *sangvinem* Christi eximat *calici* (cum non dicatur simpliciter: *Poculum est Novum Testamentum*: Sed (1.) hoc poculum sc. ita conseratum, distributum, sive in usu & officio Sacramentali consideratum, (2.) addatur illud causale: *In meo sangvine* i. e. per & *propter meum sangvinem*, sanè a calice non absentem: sed tam verè in illo præsentem, qvam verè in *illis crateribus* Leviticis erat *sangvis juvencorum* idemqve & aspergendus Altari, & populo, ad qvem posteriorem περιστμὸν dixit Moses: *Ecce sangvis illius fœderis, qvod pepigit Dominus vobiscum* Exod XXIV 5. 6. 8. Hebr. IX. 19. 20. prout in Antitypo Christi *sangvis*, & in *ara crucis* est *effusus*, & in calice Sacramentali datur *bibendus* (3.) sangvinis Christi effusio in cruce sit Nov. Testamentum respectu Dei, ejusdem autem sangvinis bibitio ex poculo Sacramentali Novum Testamentum respectu nostri, & adeò verè dicatur: *Hoc poculum* benedictum, dum jam dispensatur, sive ex illo bibitur *in sangvine Christi* sive per & propter sangvinem Christi ipsaqve sic bibitio sangvinis Christi ex hoc poculo est *Novum Testamentum* sive est non vetus, qvalis illa Exod. XXIV. 5. 6. vel illa qvæ proximè anteceserat Luc. XXII. 17 18. sed nova qvædam Testamentaria dispositio, & sic una τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας in qvo adeò datur, qvod nec in crateribus illis Leviticis, nec illo ipso, qvoad substantiam, calice paschali, paulo antea dabatur, sc. *sangvis meus qvi pro vobis effunditur.* Conf. Crenius *l. c. p.* 627. *s. & B.* Nathan. Dilgeri Christliche Predigt von der *Re cœlesti p.* 19. *s.* B. Dorschæus de *Sacra cœna contra Zvvingerum p* 36. *s.* & plures.

§. 11. Illustrabitur hoc ipsum per significationem vocis διαθήκη qvam celebri deductione exhibuit Dominus Reuterus in eruditissimo *de fœderibus & Testamentis divinis Libello Part. II. Cap. I. pag. sp.* 110. *s.* ubi p. 112. optimè observandum ducit, qvod (3.) *in multis locis voces* ברית & διαθήκη *explicari possint*

&

& debeant ut Dispositionem Testamentariam, cum conventione fœderali conjunctam & contra: conventionem fœderalem, in qva erigenda respectus habeatur ad dispositionem Testamentariam, indicent ac demonstrent, qvod variatis demum aliqvibus punctis clarissimè applicavit ad propositionem citatam Dn. Hollazius in *Examine Theologico Acroamatico Part. III. Sect. II. Cap. V. Qv. VII. p.* 196. his qvidem verbis: *Non est necesse per tropum hæc verba explicare. Nam διαθήκη non solum significat pactum, sed etiam (peræqve ac vox Hebræa* ברית*) medium, qvo fœdus & pactum erigitur & gratia atqve pax conceditur: Cujusmodi media præcipuè sunt Sacramenta divinitus instituta. Propriè itaqve poculum (sumptum complexè pro continente & contento) dicitur novum medium gratiæ & pacis divinæ in sangvine Christi, hoc est respectu sangvinis Christi.* Conf. B. Andreas Kunadus *de Substantiali Corporis & sangvinis Christi in Sacra Cœna præsentia §. LI. f.*

§. 12. Phrenetico igitur impetu causam Reformatorum tutatus est Dn. Calvôr in *Consultatione de Pace Ecclesiastica inter Protestantes ineunda* Part. II. Cap. VII. §. 447. p. 456. scribens: *Possent Reformati hic excipere: Dominum qvidem porrecto pane dixisse: Edite hoc est corpus meum, non autem edite corpus meum, similiter porrecto vino dixisse: Bibite, hic calix est Novum Testamentum in meo sangvine, non autem dixisse: bibite calicem autem Testamentum novum aut sangvinem. Qvare si secundum Lutheranorum hypothesin verba Domini ita explicentur: Edite, panem nempe, qvem ego hic vobis porrigo; Ecce! id qvod ego simul vobis dono, ubi panem editis est corpus meum: Bibite vinum, nempe qvod est in calice, scitote autem ac credite, me, ubi ex calice vinum hauritis, simul vos participes reddere sangvinis mei, qvi pro vobis effunditur, veritatem verborum Domini ad ea integra manere, etiamsi non indistanter & immediatè cum materia terrestri organo oris sumamus aut hauriamus carnem ac sangvinem Dominicum*: Vah! si aut frigidus aut tepidus esset, non certè rem conficient hypocritica manuum Lavatio, foliaqve ficuum, qvæ expandit, scribens: *Abst illa mea non facio, sed aliorum maturæ dijudicationi committo.* Sanioribus docuit momentis B. Calovius *in Synopsi controversiarum potiorum*: De Sacra Cœna

Thes II. qvam sic illustravit p. m. 791. *Verba Institutionis Sacramentalis sensu proprio intelligenda sunt*, probatur hoc Matth. XXVI. 28. *Hic est sangvis meus Novi Testamenti, qvi pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ubi observa 1.) qvod dicatur hoc Sacramentum, Testamentum, in Testamento autem non discedendum â Litera & proprietate verborum, sed eidem maximopere est inhærendum. Qvod confirmatur ex Galat. III. 15. Unde patet, qvod Apostolus inhæreat verbis Testamenti, Abrahamo facti. Unde argumentum: Si ne qvidem in humano Testamento discedendum est a litera, multò minus in Testamento Christi, imprimis, ubi aliunde constare non potest de voluntate Testatoris Christi, qvàm ex verbis Testamenti propriis. Item si Apostolus in unica etiam Syliaba mysterium ingens qvæsivit, (qvod dixerit, non in seminibus, sed in semine) utique etiam religio nobis esse debet â τῷ ῥητῷ Testamenti Christi recedere. Verum prius. Ergo & posterius. (2.) Qvod Sacramentum Novum hic sanciatur. Unde argumentum: Verba qvæ continent Novum Sacramentum & Novum Institutum cultus divini, in illis non est discedendum â verborum proprietate, alias nulla erit certitudo; Talis hæc est Institutio. Ergo. Confirmationis ergo adducimus Analogiam aliorum Sacramentorum. Ita in Sacramento circumcisionis Gen. XVII. & Agni Paschalis Exod. XII. strictè literæ erat inhærendum, etiam in Sacramento Baptismi in N. T. Matth. XXIIX. 19. (3.) Novitatem hujus Mysterii, in qvo nisi litera retineatur, nihil omnino certi de eo constare nobis potest (4.) in universum omnes articuli fidei ita comparati sunt, ut in propria sede omninò insistendum sit proprietati verborum (5.) Regulam generalem hermeneuticam, non esse discedendum â proprietate verborum, nisi cogat necessitas, & absurditas inferatur. Qvamqvam autem adversarii absurditatem inferant, distinguimus tamen inter id, qvod ἀ τοπον rationi nostræ & qvod tale est fidei aut revelationi divinæ. (6.) Urgemus, qvod admissis tropis adversariorum innumeræ varietates explicationum redundent, ubi modò in subjecto, modo in prædicato, modo in verbo est, modo in verbis manducate & bibite tropos ponunt, adeò ut Claudius de Sainctes LXXXIV. tropos numeraverit. Vid. Stereoma contra Bergium: Addideris cum fructu: Hn. D. Mart. Lutheri und Hn. Casp. Calvœrii gantz ungleiche Lehrern von der Vereinigung

nigung derer Evangel. und Reform. aus beyderseit Schrifft zur Gnüge gezeiget von *M. Dav. Schulteto Hamb.*

§. 13. Sed annon revocari posset objectio, qvod hac ratione expressa deprehendatur ταυτολογία apud Lucam in hac propositione Cap. XXII 20. *Hoc poculum, qvod pro vobis effunditur* (i. e. sangvis meus) est Novum Testamentum in sangvine meo. Vid. Jo. Hammerstede *Triumphus Ecclesiæ de Babylone p.157.* & plures apud Polum. ad l. c. Sed Respondeo cum B. Varenio l. c. p. 791. §. 4. 5. Necesse non est, ut propterea, qvia in structura Grammatica refertur ad ποτήριον etiam in analysi Logica referatur ad *subjectum*, cum omnino referri possit & referendum æqve sit ad prædicatum, ut resolutio sit: *Hoc poculum est nova Testamentaria dispositio* (pro ratione sc. Novi Testamenti) in sangvine meo, imò (propter illam arctissimam unitionem Sacramentalem, verissimamqve sangvinis mei in poculo præsentiam) *est illud ipsum qvod pro vobis effunditur*, s. *est ille ipse sangvis meus & propterea Novum Testamentum*. Cœterùm licet qvoqve referatur ad propius vocabulum *sangvinis*, nullum inde emersurum *Solœcophanes*, nedum σολοικον, cum nihil familiarius Scripturæ N. T. qvàm in talibus determinationibus *casum rectum* conjungi obliqvo e. c. Apoc. I. 4. ἀπὸ τὸ ὢν & v. 5. ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς &c. (prout & in verbis talibus diversa conjungitur structura, e. c. τῷ ἀγαπήσαντι, καὶ λύσαντι, καὶ ἐποίησεν ibid. versu 5. 6.) ita ὑμῶν ἐρριζωμένοι Ex. III. 17. 18. Jo. I. 14. in qvibus nemo cogitavit de Solœcismo etsi potius de Hebraismo l. Hellenismo. Ita ergo Servator: *Hoc*, inqvit, *poculum est Novum Testamentum* (s. nova testamentaria dispositio) *in sangvine meo* τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον i. e. *qvi sangvis meus pro vobis effunditur*, (vel ut Articulus præpositivus supponatur pro postpositivo τὸ pro ὅ) Ac licet prior resolutio etiam multis Theologis probata, tamen nec posterior fuit improbata, prout idem noster Lutherus in confessione majori prætulit priorem, in translatione autem posteriorem relationem. Dieser Kelch ist das Neue Testament

„stament in meinen Blut / das für euch vergossen wird / qvo-
„modo & Syrus & Arabs retulit ad sangvinem. Satis fuit
„utroqve modo contra tropum Sacramentarium vindicari
„locum, cum cæteroqvi, qvaremipsam, utcumqve construas,
„sensus idem maneat. Qvid enim interest inter hæc: *Hoc*
„*poculum est Novum Testamentum in meo sangvine, qvem adeò verè*
„*præsentem exhibet, ut ipsum poculum* (ratione contenti illius san-
„gvinis Christi) *dicatur pro nobis effusum*: Et: *Hoc poculum* est
„Novum Testamentum in meo sangvine, i. per & propter
„realissimam κοινωνίαν præsentissimi in poculo *sangvinis mei,*
„*qvi pro vobis effunditur*! Ita ergo salva hic omnia, Cont. B. Scherze-
rus *Brev. Theol. Hulsem. Enucl. & aucto p.* 844.

§. 14. Maneat itaqve sanctissimum nostrum depositum & Dissertationis nostræ orthodoxum præsuppositum, qvod in sacerrima cœna *corpus & sangvis Christi verè adsint & distribuantur vescentibus in cœna Domini, & improbentur secus docentes* Art. X. Aug. C. *pag. Edit. Lipsi. nup.* 16. Confitemur namqve qvod in cœna Domini *verè & substantialiter adsint corpus & sangvis Christi, & verè exhibeantur cum illis rebus, qvæ videntur, pane & vino, his, qvi Sacramentum accipiunt. Hanc sententiam constanter defendimus re diligenter inqvisita & agitata &c.* Apol. A. C. *p.* 242. *s. edit. Lipsi. s.* Et hoc *non est alicujus Principis aut Cæsaris sed omnipotentis Dei verbum & institutio, cui merito omnes creaturæ debebant ad pedes accidere atqve assentiri, ita se rem habere, sicut dicit ipse, omniqve reverentia, metu & humilitate illud accipere. Hoc verbo conscientiæ tuæ imbecillitatem confirmare potes ac dicere: Etiamsi infinitæ diabolorum myriades una cum omnibus Suermeris, uno ore impudentissimè affirmarent, qvomodo panis & vinum Christi corpus & sangvis esse possunt? &c. tamen compertum habeo, omnes ad unum Spiritus & doctos non tanta exculcos esse prudentia atqve intelligentia, qvanta Deum omnipotentem vel in minimo digitulo valere certò scio. Jam hic expresè verbum Christi ponitur: Accipite edite, hoc est corpus meum. Bibite ex hoc omnes, hic est calix novi Testamenti in meo sangvine &c. in hæc verba pedibus imus, hisce constanter adhæremus, perlibenter eos visuri, qvi suo magisterio*

Christum

Christum aliter audeant aut docere aut aliter facere atqve ipse loeutus est. Hoc eqvidem non inficiamur verum esse, si Verbum auferas, aut sine eo hoc Sacramentum intuearis, praeter merum panem nec vinum nihil tibi mansurum reliqvi: Sed verbis una cum vino & pane manentibus, sicut debet & oportet, tum constat illa veraciter esse Christi corpus & sanguinem. Sicut enim os Christi dicit ac loqvitur, ita qvoqve est, ut qvi neqve mentiri novit, neqve fallere Catechismus Maj. *L. S. p. 779 s. Ed. Lips.*

§. 15. Et hæc eqvidem divina momenta adigunt nosmet, qvi neqveamus cum recentissimis etiam Reformatorum doctoribus coire, convicti, qvod Majestatem Humanæ Christi naturæ omnibus violent modis, & ex principiis suis subtilissimis veram humanæ Christi naturæ omnipræsentiam & Sacramentalem corporis & sanguinis Christi manducationem atqve bibitionem concedere nec velint nec possint; Qvare tandem omnia ista, qvæ conamine operosissimo persvadere voluerunt multis, suspecta & impostoris judicamus gemina, qvibus opponi possit Ovidiana num istud:

Fallite fallentes: ex magna parte prophanum
Sunt genus: in laqveos, qvos posuere, cadent.

Conf. Calovii *Historia Syncretistica p. 653. s.* Löscherus in der allerunterthänigsten *Addresse*: &: In *Historia motuum Religionis* Edzardus: *De Causis unionis â Calvinianis doctoribus qvaesitæ.* Videris etiam ex his hactenus assertis, An satis tutò in Actis Er. Lipt. *A. MDCCII. p. 175.* potuerit dici, qvod *Calixtus* Tractatu suo, qvi inscribitur: *Via ad pacem.* sibi muniverit *Viam ad æternam & veram pacem.* Item: Qvid genuini candoris sperari possit à *Strimesio*, ad cujus *brevem delineationem Consensus inter Evangelicos Lutheranos & Reformatos A. E. L. A. MDCCV. p. 143.* his tamen verbis concludunt: *Tanta animi moderatione atqve candore in commendando hoc negocio utitur Vir celeberrimus, ut neqve pacem cum veritatis jactura optet, eandemqve sirei Christianæ minus convenientem intellexisset, se impediturum profiteatur.* Qvamvis & hodie plures habeat orbis, qvi admoniti, ne Calvini doctrina recipiatur, sed Augustana Confessio, â Martini Lutheri doctrina profecta, maneat, cum Navarro dicerent *Lutherum & Calvinum*

in 40. *capitibus à Pontifice Romano dissentire*, *in* 38. *inter se convenire*, *duo* (*pauca*) *tantùm separare*, *qvæ inter ipsos controvertantur*; *jungendas utriusqve partis opes ac copias ad communem hostem opprimendum*, *qvo debellato*, *in duobus illis capitibus conciliandis & Ecclesia Dei pristinæ puritati ac splendori restituendâ minus negocii fore* Thuanus Libr. 33. & 27. Gerhardus von Stöcken *in Thuano enucleato part. I. p. 36. Lin. 15. s.* observari tamen mereretur, qvod erroris virulenta sint attributa: (1.) Crescendi celeritas (2.) multiplicandi fœcunditas & (3.) continuandi tenacitas Vid. Becmannus *In lin. doctr. Mor. Cap. IV. §. V.* qvæ proh inter Reformatos complementum satis triste nanciscuntur, hinc, *si is*, *qvi in quadrivio aberrat*, *in varia tandem diverticula deviat*: *nec errorem benè explicat*, *nisi regressus qvasi novam viam ineat*, *ita etiam* qvi errare cœperunt Reformati, *facilè multos errores congesserunt*, *qvi nec cessabunt*, *nisi paulatim intermittantur ac qvasi recens ad intermissam disputationem redeant*. Cont. Stobæus *Apoph.* 58.

§. 16. Huc usqve delibatis iis, qvæ ad præparationem tendere videbantur, nunc propius ad Argumentum & Thema ipsum erat accedendum, ut probetur, qvod ipsis enim Regenitis Sacra Cœna freqventius sit iteranda, qvia datur *in Remissionem peccatorum*. Sed cum via nondum pateat plana, operæ pretium erit, ut in antecessum paucula qvædam doceamus de iis, qvi Sacramento huic & salutiferæ ejusdem operationi sunt infesti; per transennam ergo, ut potiora prospiciam, notum proh satis est, qvod Pontificii utraqve specie, qvæ Regibus Galliæ Anno 1437. in Concilio Basileensi *ad majus gratiæ augmentum indulta*. Vid. Illustris Mayeri Dissertatio: *De Regis Galliæ Communione sub utraqve Witteberga olim Anno* 1686. *habita*. in hunc usqve diem tam patienter careant, *non urgentes*, *idem beneficium*, *præsertim cum non desint Doctores inter eos*, *nominetenus ex Jesuitis Casp. Hurtado in tractatu de Sacram. p.* 338. *Augustinus Bernaldus de Sacram. p.* 441. *qvi sub utraqve specie magis qvam sub una gratiam divinam conferri fateantur*. Alberti *Interesse Relig. Art. IX. Thes. III. §.* 5. & Scherzeri *Anti-Bellarminus p.* 555. *s.* qvemadmodum & freqvens magis urgetur confessio, qvam Sacramenti communio, qvæ qvotannis sufficit, si demum ista qvotidie lucra

in

inferat burſis abſolventium & impio qvodam molimine judicantium, ita ſatis conſtat, Sacram abs iſtis cœnam inter ceremonias collocari, ut ejusdem obſervatio ſit arbitraria & non obſtante divino verbo ejus veritas modusqve per Papam diſpenſabilis.

De Reformatis itidem perſvadeor, qvod huic non multa tribuant Sacramento Vid. Hülſemannus *in Calviniſmo Irreconciliabili* p. 477. *ſ.* M. Petrus Zorn (cui lucem & gratiam apprecamur, ne pereat retibus qvibus conſtringitur) in der Gründlichen Ausführung *Cap. XII. §. III.* D. Buddæus de Chawino in *Parergis* p. 521 *ſ.* Et qvemadmodum tandem Fanatici ac Pietiſtæ peſſundant ſalutis media, promiſcuè omnia, ita huic neqve pepercerunt Sacramento. Sic Poiretus in *Tractatu*, qvi titulum habet: *Fides & ratio collata p.* 298. hac graſſatur paraphraſi: *In Chriſto neque circumciſio aliqvid valet, neque præputium (neque Baptiſmus, neque Euchariſtia, neque Papiſmus neque Calviniſmus, neque Lutheraniſmus, neque exterior ſcientia Chriſti, vel hiſtorica in illum fides, utpote qvam multi habent & firmiter credunt, qvi tamen nunqvam hoc modo renati ſunt, ſed nova creatura Gal. VI.* 15. Conf. Dippelius in Papiſmo proteſtant. vap. p. 281. Arnoldus in der K. & K. Hiſtorie p. 53. col: 1. & paſſim. Roſenbach in der Wunder und Gnadenvollen Führung G. p. 69.

De Socinianis & qvi extra Eccleſiam conſtituti ſunt nihil dixero, ſed nunc tandem ad ſcopum potius & rem ipſam applicor, docens, qvomodo in remiſſionem peccatorum Sacramentum hoc ipſis etiam Regenitis cedat.

§. 17. Qvando igitur Matthæus dixit, qvod hoc Sacramentum ſit *in remiſſionem peccatorum* inſtitutum, tunc inſinuat & expreſſit hoc ipſo *finem* Sacræ Cœnæ, qvem in Scholis dicimus, *ſubordinatum*, & qvidem primarium videlicet *reſpectu divinæ Intentionis*, qvam malitioſa deſtruunt reſiſtentia omnes iſti, qvi hoc Sacramento aut plane non, aut etiam indignè fruuntur, expreſſè enim de poſtimis 1. Cor. XI. 29. docetur: qvod *Judicium ſibimet ipſis comedant & bibant, eò qvod non diſcernant Corpus Dn.* Eximiè Otfridus Evangel. lingva & rithmis ſuis cecinit:

Nemet then Kelih ouh nu zi ju. thaz drinkan dailit untar ju
Thar drinket ir thaz minaz bluat. thaz iu in euuon uuola duat
Iz heilit liuto uuunta. Joh managero sunta
Iz ist managfaltaz thing. Irloſit theſan uueroltring.

qvæ ſic vertit Dn. von Staden:

Aſſumite hunc calicem etiam nunc vobis, hunc potum dividite inter vos.
Ibi bibitis ſangvinem meum, qvi vobis in avum prodeſt.
Is ſanat hominum vulnera, atqve varia peccata;
Is eſt multiplicis virtutis, redimit hunc terrarum orbem.

§. 18. Goliathi inſtar ſurrexit contra Imputationem meriti Chriſti & remiſſionem peccatorum Dippelius, qvare hic neceſſario cum hoſte hoc dimicandum eſt mihi nobis, qvi effectum remiſſionis peccatorum ſanctæ vindicamus cœnæ. Exhorruimus legentes hæc *Cap. I.* des Wegweiſers zum verlohrnen Licht und Recht *p.* 9. verba: Sie (fanatici nempe) haltens vor den ärgſten Betrug des Teuffels und vor einen Unglauben alles Unglaubens/von auſſen durch eine Zurechnung/ durch Chriſtum wollen gerecht und ſeelig werden/ und das den ſeeligmachenden Glauben zu nennen/ der ſich auf Chriſti Verdienſt verläſt ꝛc. Nec minus commovit nos, qvod in dem Schild der Wahrheit (rectius der Hellen und Lügen) gegen die (velut debachatur) nichtige Aufflagen Herrn *Alberti Joachimi* von *Krakevizen p.* 39. his fluit lineis: Wenn man ihnen zum Uberfluß noch wolte entgegen halten / daß das Wort ἄφεσις ἁμαρτιῶν welches ſie Vergebung der Sünden überſetzet/ſo woll bedeute eine würckliche Wegſchaffung oder Tilgung der Sünden / Krafft des Wortes ſo woll / als nach dem Sinn der Schrifft/ ſo hätten ſie nicht einiges Dictum mehr zum Schein/ ihre böſe Lehre zu beſchützen . . . heiſſet alſo den genaueſten Verſtand nach ἄφεσις ἁμαρτιῶν Dimiſſio peccatorum, Abſchied der Sünden/ Wegtreibung der Sünden und würckliche Befreyung von Sünden / wenn die gläubige Seele in der Krafft GOttes der Sünden Abſchied giebt/ihr den Bund aufſaget/und Gott zu leben ſich reſolviret; oder wenn GOtt in ſeinem Gnadenreichen Urtheil die Sünde im Fleiſch verdammet / ihr den Todt ankündiget und die neue

neue Creatur in Christo gegen sie zu kämpffen und den Schlangen Saamen zu untertreten/aufrichtet.

§. 19. Eodem abripiebatur qvondam, si fortean hodie non amplius, errore *Trillerus* in Sozinizante & hinc suspectissima *versione Nov. Testam.* verba enim nostra sic transtulit: Trincket alle daraus . . . welches für viele ausgegossen wird zur Ablassung von Sünden/ candore hunc hac qvidem vice superasse videtur *Reizius* & *Felbingerus* habentes: Zur Erlassung der Sünden nisi vel sic, qvod ex multis præsumitur, lateret anguis in herba. Videndum itaqve, An versio talis intentionem sanctissimi asseqvatur Spiritus? Opus hic non erit, ut Socinianas & Indifferentisticas Dippelii excutiam absurditates, qvas de Justificatione & in aliis Theologicis asserere nititur locis. Infinito hoc fecerunt fructu Dn. D. *à Krakeviz* in der Unpartheyischen und Christlichen Erwegung (qvam, ut nullus dubito, & qvod nunc publicitus humanissimè exposco, mox sub auspiciis seqvetur divinis: *Obex Clypei infernalis Dippeliani*) Summè Rev. *Dn:* D. *Senstius* Fautor atqve Collega Noster Conjunctissimus in Opere sedulitatis ac judicii refertissimo, cujus est Titulus: Der Stockblinde Wegweiser & Celeberrimus Schröerus in Anti Dippelio: B. tandem & incomparabilis qvondam Theologus D. *Neumannus* in Dissertatione, qva *Articulus de Justificatione ut centrum Christianæ fidei & Lydius Lapis dignoscendi hæreticos & sectarios sistitur.*

§. 20. Citra moram potius capiti præsentis applicor disqvisitionis; Objectionum ergo, qvas contra ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν scurriliter vibravit, prima, his exhibetur terminis: Daß aber das Wort ἄφεσις eine solche Bedeutung habe / können sie sehen Luc. IV. 18. allwo die Summa des gantzen Evangelii erzehlet wird in dem Mittler Ampte JEsu Christi: Der Geist des HErrn ist bey mir/ derohalben Er mich gesalbet hat und gesandt/ zuverkündigen das Evangelium den Armen/ zu heilen die zerstossene Hertzen/ zu predigen den Gefangenen eine Erlösung/ ἄφεσιν und den Blinden das Gesicht/ und denen Zerschlagenen/ daß sie frey und ledig seyn sollen/ oder nach den Worten: Daß sie loß gelassen sollen seyn in der Erlösung oder Befreyung ἐν ἄφεσι in dimissione. Si sententiam

tiam Diopelianam suo cognovisset tempore Julianus Apostata, nulla me incesisset admiratio, cur de Constantino M. ejusdemqve Religione *Operum suorum p.* 336. *De Imperat. & Cæsaribus* cavillari potuerit: *Constantinus cum inter Deos vitæ suæ exemplar & archetypum non reperiret, proximam sibi deliciarum Deam cernens, ad eam se contulit. Quæ ipsum molliter suscipiens & ulnis fovens, muliebribus vestibus multa varietate nitentibus adornatum & comtum ad luxuriam deduxit. Quo in loco ille etiam Filium suum reperit morantem, omnibusqve hæc denunciantem : Quisqvis mulierum corruptor, qvisqvis homicida est, qvisqvis piaculo aut execrando scelere se obstrinxit, fidenter huc adito. Etenim simulatqve hac aqva ablutus fuerit, illico ego eum purum reddam. Quod si iisdem rursus se flagitiis contaminaverit, efficiam, ut tunso pectore & capite percusso expietur :* Talem enim religionem dempto & deleto Christi merito fabricabit Dippelius per omnes circumstantias, nam ad solos hominum conatus, machinationes & opera omnis fidei & religionis cursus recidet & flagitia scelestissima, qvod in corporibus demum contingunt, ad animam non penetrabunt, potius abs animâ, qvod satisfactionem non exposcant, citra omnem efficaciam, qvin memoriam mortis & passionis Christi dimittentur, hem absurditatem!

§. 21. Sed penitius error est lustrandus, observari itaqve debet, qvod Christus non nudè tantum legerit, sed & velut ἀναγνώσης explicaverit Locum Jesaianum Luc. IV. 17. collatis sc. iis, qvæ qvodammodo huc spectare videbantur, Conf. Dn. D. Gebhardus *cont. R. Isaak Ben. Abraham* & ejus : *Muniment. fidei.* De sententia autem Dippelii habeas hoc, qvod in politicis simul ac Theologicis fallat,

In Politicis qvidem procedet nunqvam, nam si simile delinqventis ejusqve dimissio consideratur, tunc dimittitur ad emendationem non potest, anteqvam remissa & satisfactione interveniente diluta sit inqvisitio; in specie enim *finis internus* inqvisitionis & pœnarum est *impletio officii judicis, qvatenus illud circa punitionem delictorum versatur.* Vid. Henricus Michaelis *De Inqvisitione criminum cap. XXII. p.* 711. ut scilicet *securitas floreat publica*

blica & universis ac singulis caveatur de damnis accipiendis Becmannus *Medit. Polit. cap. XV. de Pœnis §. XXII.*

Posthæc *finis* demum *exterior*, ut qvilibet *exemplo puniti* & punitus ipse, nisi capitali afficiatur supplicio, & sic eximatur qvasi juribus vitæ, â peccatis & publicæ salutis turbatione absterreatur Conf. Michaelis l. c. Non igitur ad dimissionem peccati & futuram emendationem liberari potest reus antequam Reipublicæ satisfactum Conferatur exqvisito tamen judicio Ulricus Huberus *de jure Civitatis Libr. I. Sect. IV. cap. VI. toto.*

§. 22. Etiamsi & *Expromissor* intervenerit, qvem Juris consulti dicunt, *qvi alterius obligationem principalem in se suscipit*, ita ut alter liberetur Vid. Hoppius *in Comment. succincto ad Instit. Lib. II. Tit. I. p.* 284. tale qvid tamen non procedet. Qvamvis enim debitor *ab omni jure creditoris per expromissionem liberetur, verum tamen est, jus creditoris manere integrum, adversus sponsorem sive novum reum. Ut, si quod habeat chirographum primi debitoris, id agnitum à novo reo vigorem suum retineat adversus Expromissorem, in quem aut statim aut tempore constituto competit exactio & executio* Vid. Huberus *l. c. cap. V. p.* 139. *n.* 10. Non ergo simpliciter ad di-vel intermissionem peccati delictiqve liberatur reus, sed satisfactio alterius catalogum rei delet, ut posita interventione primum absolvi possit reus, deinde verò conseqventer & planè accidentario hoc eqvidem respectu ad bonam vitam, futuramqve di-& intermissionem peccati admoneri; *prius enim in pristinum redire debemus statum, quo ante injuriam vel delictum nobis intentum fueramus* Vid. Becman *l. c. p.* 232. alias nulla præcessisset satisfactio.

De termino *Expromissoris* interea moneo, qvod qvamvis per aliqva, non tamen per omnia ad Goelem nostrum spectet, Jesus etenim, ut duo tantum urgeam momenta, non tantum alterius obligationem principalem in se suscepit, sed *adversus semetipsum justissimum Exactorem suscepit*; & secundo totius debiti obligationem sic ademit, ut non tantum qvoad præterita, sed & præsentia ac futura satisfecerit.

§. 23. In Theologicis porro absolutissima res est, qvod citra satisfactionem Christi completissimam salvari, absolvi &

à tribunali justitiæ divinæ non potuerit dimitti peccator, non enim nuda qvæpiam Socinianorum, Arminianorum & Fanaticorum acceptilatio, sed eminentissimum omneqve delictum exactissimè compensans λύτρον satisfecit iræ divinæ incomprehensibili atqve infinitæ. Vid. ex innumeris B. Cothmannus *de Universalitate meriti mortis Christi*. Item: *De Reconciliatione hominis cum Deo facta per Jesum Christum* B. Grauerus: *De Satisfactione Christi Cont. Osterodum* & Illustris ac Reverendissimus Mayerus in Problem. Theolog. *Utrum humanum genus non alio potuerit modo nisi cruenta Dei morte reparari?* Unde ad dictum Lucæ IV. sufficiet nobis B. Calovius *Bibl. Illustr. ad Es. Cap. XLII. 7.* ubi p. 186. ita commentatur: *Solus Jesus Christus Filius Dei in hunc usum datus est nobis, ut aperiat oculos cœcorum, sed qvomodo? suscipit in se expianda peccata nostra & placandam iram Dei erga nos. Et hoc officium suum exposuit ab initio orbis per Patriarchas & Prophetas. Deinde exposuit ipse coram cum venisset in carnem. Postremò vulgavit per Apostolos suos in totum orbem terræ & conservat contra portas inferorum, hoc officii sui Evangelium, usqve ad novissimum hujus mundi diem. Qvicunqve igitur recipit Christum per fidem & verè credit Evangelio ejus, huic oculi mentis per Spiritum Sanctum ita aperiuntur & illustrantur, ut recta incedat à peccato ad justitiam, à morte ad vitam, ab inferno ad cœlum, qvia reputatur propter Christum justus, servatur in morte & deportatur in cœlum, in cujus rei fidem voluit Christus, cum adhuc in terra præsens esset: aperire eorum etiam oculos, qvi corporaliter cœci erant, ut hoc miraculo testaretur, se verè esse illum, qvi oculos mentis illustraret, Nec minus egregiè Liberationem victorum descripsit. Spiritualis carcer est mors & infernus. In hos carceres conjecti sumus omnes propter peccatum; Tenebræ s. variæ afflictiones in hoc mundo, horrores mortis & inferni fumus & in has tenebras propter peccatum conjecti sumus. Christus igitur Filius Dei suscipit peccatum expiandum, & efficit, ut quotquot agnoscunt ipsum, per fidem consequantur remissionem peccati & reputentur propter ipsum justi. Ubi autem peccatum est expiatum & remissum ibi non possunt amplius incommodum afferre afflictiones, mors & infernus, nec possunt hominem opprimere, etiamsi aliquanto tempore videantur molestiã inferre. Christus enim, qvi*

pec-

peccatum expiavit & remisit, idem etiam servat credentem in morte & horroribus inferni, ut liberetur &c. &c. Conf. Scherzerus *System.* p. 206. *s.* Danhauerus *in* Χροσοφια *p.* 117. *s.* & ex Reformatis D. Jo. Braunius Prof. Theologiæ & Pastor Gröning. *dans Avertissement necessaire aux Eglises sur les Entretiens de Mr. Joncourt* §. 103. *s. p.* 182. *s.*

§. 241. Rectissimè igitur Schmidius vertit: *Unxit me ad evangelizandum vinctis dimissionem & cœcis visum, ad dimittendum sauciatos cum remissione, ad prædicandum annum Dn. acceptum* & *Theotisca Versio Harmoniæ Evangelicæ* Tatiani Alexandri, cujus editionem nuperam debemus celeberrimo Dn. Palthenio pag. 46. primum qvidem omisit: *prædicare captivis remissionem*, sed ultimum sic exprimit: *in Forlaznessi.* in remissionem (unde præsumo, qvod terminus verlassen & Erlassen habiti sint postmodum Synonymi, ut sic in Agendis Nostris & Oratione Dominica apud Germanos veniret: Und verlasse uns unsere Schulde / als wir verlassen unsern Schuldigern.) Infertur itaqve talis dimissio, qva justus exactor solutionem completissimam & debito ex asse proportionatam instantissimè urget & restitutionem omnimodam exigit, eaqve demum sufficienter & abundantissimè prævia atqve præstita hactenus accusatum, convictum ac condemnatum dimittit, qvod amplius causa iræ & rigidæ prætensionis non reperitur. Vid. B. *Gerhardus Loc. Theol. Tom. III. p.* 1032 *s.* Blasphemus ergo meriti Christi hostis Dippelius Textum iniqvissimè pervertit, qvi in se & vi divinæ intentionis nil aliud infert aut docet, qvam qvod peccata hominum, satisfactione Christi præstita, judicialiter & ad, qvin ultra formam exactionis forensis remittenda sint, sauciatiqve & ad æternam mortem enecati peccatores, in hac ipsa remissione seu cum eadem sint dimittendi. Conferatur adversus æqvalem Poireti absurditatem fortiter insurgens D. J. W. Jägerus *Exam. Theolog. Nov. Controv. s. XIX.*

§. 251. Glaucoma igitur Dippelianum satis cito disparebit, qvando hæc adjecit: Es wird mir ἄφεσις ἁμαρτιῶν *per Metaphoram* auch auf eine bloße Uebersehung und Vergebung der

Schuld gezogen / wie in der fünfften Bitte des Vater Unsers / da GOTT uns soll die Schuld übersehen / gleich wie wir unsern Schuldigern vergeben und deren Beleydigung in unsern Augen schwinden und fahren lassen. Als ob es uns nichtes anginge. Præviderat fortean fidei & religionis nostræ infensissimus hostis, qvod qvinta Orationis Dominicæ petitio lubricis suis jugulum decernat scommatibus, hinc velut doli fabricator fucum obducere molitur, an exinde rima detur evadendi. Sed salva per divinam veritatem res est; non itaqve tenore V. petitionis titivillitio comparabile est peccatum, qvod citra attentionem cadit & perit, ex primo enim deciso *mors æterna* est peccatorum stipendium *Gen. II.* 17. *Rom. V.* 12. *VI.* 23. nec Deus noster sanctissimus peccata actibus transscribere potest indifferentibus, sumus enim omnes *naturâ Filii iræ* Eph. II. 3. & *maledictioni obnoxii Deut. XXVII.* 6. *Gal. III.* 10. cumqve summus Zelotes sic justissimus sit, ut etiam puniat delicta patrum & *visitet iniqvitatem ipsorum super Filios, super tertiam & qvartam generationem* Exod. XX. 5. super *Filios* intellige etiam *pios*, illorumqve posteros, ex causa malorum parentum, *temporalibus videlicet castigationibus*; qvid non fiet hostibus suis.

§. 26. Sicuti ergo non aliter, qvàm in nomine Jesu orandum *Joh. XIV.* 3. *XV.* 16. *XVI.* 23. utpote in qvo solo habemus *loqvendi fiduciam & accessum in confidentia per fidem ejus* Eph. III. 12. Ita nec Vta petitio absqve Redemptore nostro exaudietur, cum enim peccata expiare non valeamus, vid. *Es. LXIV.* 6. *& Luc. XVII.* 10. nec justissimus Deus citra satisfactionem eadem dimittere possit, Ergò *reqviritur* talis, qvi Deum conciliet 2. *Cor. V.* 19. & in qvo habeamus *redemptionem per sangvinem ipsius, remissionem peccatorum juxta divitias gratiæ ipsius* Eph. I. 7. Conf. 1. Jo. II. 2. & 1. Tim. I. 15. Talis autem solummodò & unicus est Jesus Christus Act. IV. 12. in hujus ergo Mediatoris unici nomine & vi omnimodæ satisfactionis precamur: ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. *Remitte nobis* non ante λύτρον præstitum, sed prævia omni satisfactione, *debita nostra*, qvæ citra retributionem & expiationem dimitti non possent Conf. B. Gerhardus *Loc. Theol. Tom. III. Cap. III. de Justific. p.* 703. & Opitius *: Dissertatione citata.*

citata. Scripsit hujus rei causa qvam solidissimè B. Scherzerus Colleg. Anti-Socin. Disp. LVI. p. 461. Remissio satisfactionem Christi tanqvam causam supponit & misericordia Patris non nisi in sanguine Filii natat; Deus enim per viscera misericordiæ non prius remittit Luc. I. 77. s. qvàm per Christum reconciliatus 2. Cor. V. 19. Gratis salvamur, sed propter Christum. Gratis misericordiæ, propter Christum justitiæ character est. Unde etiam remissio gratuita ἔνδειξις τῆς δικαιοσύνης vocatur Rom. III. 25. Gratis justificamur qvidem ipsius gratia, sed NB. per redemptionem Christi v. 24. habentes redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum juxta divitias gratiæ suæ Eph. I. 7. Meritum Christi nec misericordiæ opponitur, nec justitiam tollit. Gratis & sola misericordia respectu decretæ satisfactionis, gratuitæ acceptationis, excluſæ justitiæ legalis, & gratuitæ imputationis (qvod B. Meisnerus Anthropol. Dec. III. Disp. XXVI. à §. XXIX deducit.) salvari dicimur. Conferri hic meretur Eusebius Demonst. Evang. Lib. I. Cap. X. pag. Edit. Novæ Colonienſis de Anno 1688. 38. & Spenerus in der Vertheidigung von der ewigen Gottheit unſers HErrn JEſu Christi Cap. V. §. 30. ſ. p. 498 ſ.

§. 27. Qvando verò Instantiam urget, qvæ sic flueret in forma: *Si nos remittimus debitoribus nostris*, wenn wir deren Beleidigungen *citra satisfactionem exactam* in unſern Augen ſchwinden und fahren laſſen als ob es uns nicht anginge / *tunc & Deus noster sic remittit peccata*; Facilè reponi posset, qvod cogitare debuerit, *nullum esse argumentorum genus, qvàm hoc à metaphoris & similibus imbecillius, unde & Philosophi negant, argumentum sequi à simili nisi in qvantum per omnia simile.* Confer. Sutlivius *De Pontifice Romano Cap. VIII. p. 86.* & Philosophi passim. Sed instantiæ medebor forsitan feliciter nova eaqve à thesi haud longè declinante instantia. Notum itaqve est, qvod homo, qvatenus talis non possit remittere peccata, constat hoc affatim ex Marc. IV. 7. ubi Scribæ cogitant atqve dicunt: *Qvid hic sic loqvitur blasphemias? Qvis potest remittere peccata, nisi unus Deus* Conf. Mich. VII. 8. & Es. XLIII. 25. Annon exinde flueret mihi congrua satis & hæc qvidem conseqventia: *Si homo remittere non potest peccata, tunc nec Deus remittit*; Dimissionem enim hominum cum divina pro iisdem deputat atqve habet Dippelius. Deinde si, qvod omni

het fundamento, cum Perkinsio Opp. Theol. p. 954. dicerem: *Duæ sunt in quavis transgressione iniqvitates, una contra Deum, contra hominem altera. Primæ respectu, qvatenus nimirum contra Deum ejusq; mandata fit, peccatum dicitur, atque hoc solus remittit Deus. Alterius verò respectu, injuria sive noxa appellatur, qvam condonare ac remittere possunt homines.* Annon & tunc more Dippeliano instarem: *Si nos remittimus debitoribus nostris non peccatum, sed demum injuriam & noxam, tunc & Deus ita remittit.*

§. 28. Sed explicatius rem illustrabo, observans, qvod aliqvi remissionem injuriarum abs hominibus præstitam, velut *effectum & fructum* remissionis divinæ acceperint, qvomodo verba apud Matthæum verti deberent: ὡς καὶ ἡμεῖς &c. ut, vel: auff daß wir vergeben/ particula enim ὡς *causalis Indicativum, Optativum, subjunctivum & Infinitivum habet* Vid. **Gumprechts Blumenlese der Griechischen Sprache** p. 1157. Hac verò ratione paraphrasis foret: *Clementissime Deus remitte peccata, & cum, ubi remissio peccatorum est, ibi etiam & vita & salus sit, memet sic perfice, motusqve cordis ad iram & exæstuationem propendentes sic corrige, totamqve mentem meam sanctifica, ut ego etiam remittam.* Visus est mihi ad hanc alludere opinionem Perkinsius *l. c. p. 946.* similibus aliqvot, qvæ his enucleavit verbis: *Si qvis hominum prope murum à sole calefactum hinc inde spatia faciendo die obambulet, frigidiore à sole calefactum, abs ipso muro calesit ac fovetur, postqvam à sole primum calorem nactus est murus iste: Sic etiam à Deo primum consecutus est misericordiam is, qvi erga alios clemens est & misericors* Item: *Particulam cera accipiens, sigillum ei appende, impressionem & signum in cera relinqvi videbis, ad ejus formam, qvam si qvis fuerit contemplatus, sigillum aliqvod ibi fuisse certissimè compertum habet, utpote cujus impressio sit relicta. Eodem planè modo sese habet unusqvisqve, qvi aliis remittere promptus est ac paratus, utpote ex qvo persvasus esse potest qvilibet homo Christianus, Deum in corde ipsius suorum obsignasse remissionem peccatorum.* Collimat horsum fanatici Steinbachii attentatum qvi petitionem V. sic mutavit, ut precaretur: **Vergibuns unsere Schuld und gib uns Gnade/daß wir verzeihen denen die uns Leyd gethan/ wie du uns verzeihest.** Vid. de

Stein-

Steinbachio Summè Rev. Dn. D. Wernsdorffius in Dissertatione, qvæ exhibet: *Vindicias Orationis Dominicæ* §. *XXXV.*

§. 29. Habet hæc sententia, cœteris qvidem paribus, nihil mali, tutior nihilominus fortean eligetur ista, qvod nempe his petitionis V. verbis insinuetur *signum aliqvod certissimæ exauditionis.* Verba enim qvæ Luc. XI. 4. leguntur: καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν necessariò verti debent: Den auch wir vergeben ꝛc. & Dn. Jean. Clerc. *dans le Nouveau Testament* transtulit: *Car nous pardonnons nous meme à tous ceux, qvi nous ont offensez.* qvod & expressit *Antiqva Theotisca paraphrasis Otfridi Wizanburgensis Monachi*, qvæ sic habet: *Und unsere Schulde belazh uns, also auh wir firlazhen unseren Schuldenaren. Diesen Gedingen firneme manniclih, unde si garo ce firgebenne dazh Juzhila, also er wvelle, daz imo firgeben wverde dazs michila:* Et *debita nostra remitte nobis, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Hanc conditionem percipiat qvisqve & sit promptus ad remittendum, qvod parvum est, si velit, ut ipsi magnum remittatur.* Vid. Dom. Dieterici von Staden *Specimen Lectionum antiqvarum francicarum pag.* 15.

§. 30. Paraphrasis sic plenior & suis vestita circumstantiis foret hæc: *Clementissime Pater tu signum posuisti: Si remittitis hominibus errata ipsorum, remittet etiam vobis Pater Vester cœlestis Matth. VI.* 14. *Vide ergo sub ductu sanctissimi tui Spiritus remitto injuriam proximo, omniqve Spirituali conamine in hunc tendo finem, ut absqve dolo & fraude ex puro & integro corde mandatum tuum explere cupiam; fac ergo verbum tuum, & cum qvotidie magis magisqve experiar, qvod non habitet in me, hoc est in carne mea bonum Rom. VII.* 18. *s. & videam aliam legem in membris meis, qvæ repugnat legi mentis meæ v.* 23. *ergo remitte mi Jesu omnia mea peccata, sive sint involuntaria sive voluntaria, cum & Spiritus tui inhabitantis hoc dederis documentum, qvod hostibus errata condonare cupiam & in qvantum miser hic fert status, actu condonem: Ah! tunc & ad me veniat remissio tua & confirmetur indies in cespitanti corde meo firmitas hujus divinæ gratiæ contra tentationes inferni &c. &c.* Cont. Kortholt *Diqvis. s. Antibar. p.* 446.

§. 31. Illustrant hæc ipsa Symbolici Libri, qvandò p. 528. ita docent: *Proinde huic Orationi tale signum annexum est, ut nos orantes promissionis admoneat, ut ita cogitemus: Optime Pater ideo ad te oratum venio ut mihi ignoscas propitius, non qvod operibus qveam satisfacere, aut veniam à te promereri, sed cum tamen hoc nobis promiseris, adjecta etiam Sphragide, ut tam certus sim veniæ, acsi dictam à te absolutionem accepissem: Qvantum enim Baptismus & Sacramentum pro externo signo constitutum præstat: tantum etiam hoc signum conscientiam nostram corroborare atqve exhilarare potest: Estqve ideo institutum pro aliis, ut hoc omnibus horis uti & frui qveamus, ut re, qvam semper nobiscum in parato habeamus.* Vid. B. M. Sam. Edelii, Ecclesiastis qvondam Ulmensis eruditissimi, *Thesaurus Catecheticus Part. VIII. p. 187. s. & p. 195. s.*

§. 32. Ex his, qvæ hactenus inculcata sunt, dispalescet solidè, qvod Regeniti maximas habeant causas, cur remittant & injurias expirare sinant, qvoqve hoc non faciant Stoica qvadam ἀπαθεία, sed diviniſſimi Spiritus instinctu; qvamvis interea remissio nostra, cum ista, qva Deus peccata removet, velut in Scholis dicitur, non sit *univoca*, sed tantum *analoga*, id tamen satis apud Matthæum particula ὡς confirmavit, qvæ analogiam & non æqvalitatem in casibus hiscemodi exprimere solet. Vid. Pfeifferi *Thes. Herm. p. 337.* & si vel tandem vox ἀφίημι in qvibusdam locis dimissionem in genere designet, hic tamen in constructione & nexu cum peccato, erit longè alius status; nec id eqvidem, qvod analogicè prædicatur, impropriè aut tropice statim prædicatur, purus potius & figurarū expers adest modus, qvo analogicè talia terminos tam qvoad nomen, qvàm definitionem habent, etiamsi in comparationis forte δευτέρως tantum de iisdem participent Vid. Logici passim. Malè igitur Dippelius ad tropicam propendit remissionis acceptionem, & qvadrat ad ipsum, qvod Augustinus scribit: *Tom. III. Libr. III. de Doctrina Christi: Si animum præoccupavit alicujus erroris opinio, qvicqvid aliter asseruerit Scriptura, figuratum homines arbitrantur.*

§. 33. Manet itaqve finis lacerrimæ Cœnæ, ut remissio pec-

peccatorum, Christi merito parta offeratur, applicetur atqve obsignetur. Sed qvid Dippelius fortean & reliqvi ex fanaticis regerent denuo? Hoc, qvod verè illuminati & Regeniti sint immunes â peccato & sic sancti, ut non tantum sine peccato possint esse, sed & actu sine eodem fuerint ac sint. Est hæc infelicis sectæ eaqve horrendisima ostentatio, qvamvis & de miseria hominis ex seductrici, qvam venditant atqve nugantur, revelatione, tutius se qvid asserere autument, præ nobis, qveis unica sacri codicis sufficit Revelatio, videris tamen per deceptrices Imaginationum fraudes in fastigium superbiæ adeò scelestè elevatos, ut se abs omnibus hominum debilitatibus immunes & rebus humanis, peccatis, ac defectibus per omnia exceptos somnient.

§. 34. Clarum utriusqve puncti dabo documentum, & ne frustra qvid dixisse videar, primum paucis explicabo, qvid Spiritus fanaticorum, ater certè & non albus, de perditione hominis revelavisse credatur, leges hoc breviori Complexu apud Arnoldum in *Vitis Patrum p. 279* ubi interpretis instar prodit enthusiastica Catharina Genuensis & fabulas suas his evolvit fucis: Es sind mir . . . zwey gantz wiederwärtige Dinge zu zweyen mahlen im Geist gezeiget worden/ das erste ist/ wie alles Gute allein aus der lautern und reinen Liebe GOttes entspringe welche nicht unterlässet/ in mir eine reine Gegen-Liebe zu wircken ---- Zum andern ist mir das eigene Wesen der Menschen zu erkennen gegeben worden/ welches ich gleich im Anfang meiner Bekehrung eingesehen habe und nun von Tage zu Tage immer besser und klärer sehe; Wie nemlich seine verderbte Natur so groß ist/ daß man selbige nicht mit Worten aussprechen und es niemand glauben kan/ welcher sie nicht selbst gesehen und empfunden hat. Kurtz zu sagen/ der Mensch stecket so tieff in seinen eigenen Willen daß die Göttliche Allmacht dazu gehöret/ wenn selbiger überwunden und gebendiget werden soll ꝛc.

§. 35. Sed, An Sacer Codex his, & magis terse ac dilucidè docendis non sufficeret? Iniqvus certè est (scribo ex F.U: Calixti Dissertatione sub titulo: *Spiritus qvi ex Deo est â Spiritu fanatico discretio* §. LV.) *in Dei infinitam providentiam, qvi affirma-*

re

re ausit, non satis per illam hominibus esse prospectum sed aliunde expectanda quibus cognitu necessaria manifestentur, male certè prospexerit providentissimus omnium sospitator, si societas humana universa necessaria aliqua huc usque caruerit manifestatione, & quam, quaso, præstitura illa est utilitatem, si illi, qui è mortuis resuscitati, redivivi ad prædicandum surrexerint, præstituri fuissent nullam? nullam autem præstituros è Luc. XVI. vers. ultimo discimus. Ubi ipse Christus adsumpta Abrahæ persona dixit, si Mosem & Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent vel assentientur. Conf. Dn. Dav. Knibbe *Historia* der Propheten *Lib. II. Cap. VII. §. XVI. s.* Der sich selbst *prostituirende Christianus Democritus §. XXXVII. p. 93. s.* Dn. M. Ægidius Zinck in der Traum-*Theologia Cap. I. §. VIII. s.*

§. 36. Sed est hæc fortean calumnia, qvod Dippelius aliusve ipsi socius absolutam perfectionem sibi tribuerint: Optarem, ast proh! ex principiis Platonicis aliter statuere neqveunt, præsentis non est operæ, ut de Manichæismo fanaticorum aliqva hic inseruerim, præsertim cum absurditas hæcce abundanter satis sit revelata & detersa. Vid. Bucheri Tractatus *varii* cum *Mensibus Anti-Pietisticis*, Conjunctissimus noster Collega Dn. D. Senstius in den Stockblinden Wegweiser *Sect. I. §. 12. s.* & D. M. Jo. Christoph. Wolfius in *Manichæismo ante Manichæos & in Christianismo redivivo §. XXXII. & s. p. 124. s. & §. LXV. s. p. 273.* ut tamen testimonium Dippelii prostet de perfectismo, legi istud poterit im Wegweiser zum verlohrnen Licht und Recht Cap. IV. p. 207. his verbis Dieses benimt aber dem Neugebohrnen im Geist nichts an seiner Vollkommenheit/ Er sündiget deswegen nicht/ Er ist kein Sünder mehr/ sondern überwindet weit alle Versuchung zur Sünde/ durch den/ der ihn mächtig machet/ Christum: Dann wo Christus lebet und wohnet/ vermag Er alles/ was Er in seinen eigenen Fleische aus Maria auch vermocht. Und ob schon Unser keiner dies von sich kan rühmen/ daß Er keine Sünde habe/ oder die Tage seines Lebens niemahls wider GOtt gesündiget und in die Versuchung eingewilliget/ so muß doch der Stand seiner Wiedergeburt mit Christo ihn dahin versetzen/ daß Er nicht mehr sündiget/ oder in die Versuchung willige/ sondern nunmehro auch mit Christo ohne Sünde versuchet wird &c. &c.

Con-

Conferatur Dn. D. Senstius *l. c. p.* 425. *f.* &c. der sich selbst prostituirende Democritus §. *XXXV. f. f.* §. 87. *f.*

§. 37. Actum agerem, si de fanaticorum Perfectismo frustra & variè venditato plura adjicerem, sufficierent potius cuivis ac mihi simul Dn. D. Fechtius: *De Imperfecta Renatorum justitia* D. Casp. Löscherus *de homine per mortem à peccatis justificato* D. Neumannus: *De perfectissimo regenitis attributo.* Dn. M. Zinck *l. c. p.* 244. *f.* Interea cum, qvod Deus novit! ex corde doleam omnibus proh! malo omine noti Dn. B. P. Caroli vices, in materia substrata qvadantenus hærere teneor. Erat hicce Dn. Carl amicus olim mihi integerrimus, nunc vah! deploratissimus, præcellebat eruditione haud vulgari, modestaqve conspicuus erat vita; Unde, qvod fateor, auguria præcepi Ecclesiæ Nostræ feliciora, qvod laboriosum & honestum adverterem virum; Ast cum in tempora simus reservati adeo funesta & redierint denuo infeliciissima fata, qvæ inter metus sit, ne *in errorem seducantur Electi Matth. XXIV.* 24. Diabolo cessere vices, ut partibus suis agglutinaret virum, cui magis sanam voveo mentem, precibusqve meis impetrare non desino; Lapsus siqvidem est in complexum omnis tam antiqvioris qvàm recentioris hæreseos, fanaticismum indigito, & in hoc ipso strenuas hoc ocius dedit manus, qvo magis singulari polluit judicio & rerum proponendarum alacritate ac industria. De Scriptis suspectis & ultra modum fanaticis nil adjicio, relegi poterunt apud Autores des Alten und Neuen *Ao.* 1707. *p.* 385. & hi cum reliqvis in tractatu: *de Doctorum Vita privata* Dn. Casp. Henrici Starckii Cap. II. §. XIII.

§. 38. Qvod interea sententiam Dn. Caroli de Perfectismo spectat, tunc, si consulatur Catechismus, (in catecheticis enim communiter fanatici virus suum diffundere sveverunt) qvem inscripsit: Die lautere Milch des Evangelii oder Allgemeinen Christen Catechißmum numero speciatim 68. f. manifestò erroris hujus diffluit pandora: statim siqvidem ad qvæstionem: Darff man den nicht immerfort in diesen Leben nothwendig ein Sünder und beym sündigen bleiben? Respondet: Solten wir/ die da suchen durch Christum gerecht zu werden / auch noch selbst

Sünder erfunden werden/ so wäre Christus ein Sünden-Diener; Das sey ferne. Gal. II. 17. (Siehe auch Joh. IX. 31. Luc. XV. 7. V. 32. Matth. IX. 13. Marc. II. 17. Rom. V. 19. 1. Tim. I. 9.) Christus ist erschienen/daß Er unsere Sünde wegnehme und ist keine Sünde in ihm. Wer in ihm bleibet/der sündiget nicht/wer da sündiget der hat ihn nicht gesehen/noch erkannt - - - wer Sünde thut/ der ist vom Teuffel/den der Teuffel sündiget vom Anfang. Dazu ist erschienen der Sohn GOttes/ daß Er die Wercke des Teuffels zerstöre/wer aus GOtt gebohren ist der thut nicht Sünde/ den sein Saame bleibet in ihm/ und kan nicht sündigen/ und so weiter 1. Joh. III 5. 6. 8. 9. item Cap V. 18. JEsus sprach: Warlich/ warlich ich sage euch/wer Sünde thut der ist der Sünden Knecht. So euch nun der Sohn frey machet/ so seyd ihr recht frey. Joh. VIII. 34. 35. 36.

§. 39. Exhauriri vix dolore potest congruo præsentis seculi seqvius fatum, qvo cavillis exponuntur hi, qvi sinceram ex animo & dexterrima cupiditate prosequuntur pietatem, qvam veritas parturit atqve nutrit; qvando enim vi codicis immaculati defendunt accuratissimè, qvod in Regenitis residuum deprehendatur peccatum, cujus molimina & actuositatem seu potius depravandi conatum sic experiantur, ut vel sæpius ad malos abripiantur cogitationum, verborum, factorumqve defectus, qvos tamen per gratiam sanctissimi Spiritus qvotidiana deprecantur pœnitentia: tunc statim facinorum flagitiorumqve audiunt Patroni & simplicioribus tam horrenda imprimitur idea, ut hos, qvi Pietismo & fanaticis opponuntur, diabolis opinentur geminos, nec ulcus ac lethale magis pestiferum credant vulnus, qvam istos. Si & qvondam per Pontificios detrectatores Lutherana Religio ut pestis aliqva sic diris atqve virulentis fuit descripta calumniis, ut qvidam ex simplicioribus, qvi debachantem audiverat monachum, Lutheranismum esse morbum aliqvem pestilentem & decies pejorem lepra, cum aliqvando malè haberet, urinam suam ad Medicum mittens, eum obtecrarer, num fortean esset Lutheranus? Vid. B. Calovius *in Commentario ad A. C. p.* 39. tunc metuo, ne sanctulis & enthusiasticis idem ingeratur mulieribus; Ast *dico jam, qvo vultu nos coram tribunali Christi*

in

in ultimo judicio sint aspecturi ijs, qvi tam crassa & prodigiosa mendacia Regi & aliis Regnis (adderem simplicioribus itidem) *per sua Scripta* (& dicta) *inculcarunt ceu veritatem? Christus omnium nostrûm dominus & Judex scit ipse, istos mentiri & semper mentitos esse* (verba hæc sunt B. Lutheri *in præfatione Articulorum Schmalcald. p. 300, §. Recitabo.*) Is etenim Deus, qvi tempore Eliæ *Zelantis Jehovæ, superesse fecit in Israele septem millia genua, qvæ non incurvarunt se Baali & tot ora, qvæ non osculata fuerant istum* 1. Reg. XIX. 18. hodie adhuc *attendit & audit, & scribetur liber memoriæ coram ipso propter timentes Jehovæ & recordantes Nominis ejus* Malachiæ III. 16. Hos scilicet, qvi *loqvuntur veritatem cum socio suo, qvi veritatem & judicium pacis judicant in portis suis.* Zach. VIII. 16.

§. 40. Inter hos ergo cum opitulante divina assistentia nomen & meum dederim, coram omniscio meo Miseratore, significo, qvod præviis ardentioribus precibus veritati & intentioni divinæ contrariam deprehenderim Dn. Caroli sententiam, crena ergo, qvæ cordi sincero & super seductionem ovis hujus deperditæ graviter dolenti intincta atqve mersa his obviam procedit deductionibus: Ad dictum nempe *Pauli ex Epistola ad Ephesios Cap. II. versu* 17. ex Breithaupti *Animadversionibus Exegeticis & Dogmatico-Practicis in locum cit.* (qvem Dn. Carl ex communi causarum non respuet commercio) regero sequentia: *Versu* 17. *pro more suo dubium format Apostolus ex mente adversariorum contra thesin exhibitam hunc in modum: Si justificatio ea, qva dictum est ratione per Christum obtinenda est, illi aut ipsi* αὐτοὶ, *qvi ejusdem participes esse student, etiam* καὶ *deprehenduntur esse peccatores, sequitur, Christum esse peccati ministrum. Observata est hæc objectio ex intima perversitate hominum, qvi, ut prolabuntur ad varia effugia, qvibus justificationem merè gratuitam in dubium vocare conantur, ita etiam non verentur obvertere, posita illa justificatione* ἀναμαρτησίαν *sequi debere apud justificatos; Qvod consequens cum verum non sit, nec verum esse dicunt antecedens. His ergo occurrit hic Paulus, concedendo tacitè, possibilem qvidem esse lapsum post justificationem* (*conf. Cap. VI.* 1.) *sed negando simpliciter*

qvod Christus per qvem justificatio contingit, sit minister alicujus peccati &c. &c. Addi poterunt Notæ Hedingeri ad l. c.

§. 41. Juxta & vi dicti, qvod Joh. IX. 31. legitur *scimus, qvod Deus peccatores* in fide atqve factis eosqve sceleratos & in prævaricatione perseverantes, *non audiat*, ut vera miracula, citra missionem & specialem Dei concursum faciant, *sed si qvis Dei cultor est*, recta de Deo sentit atqve credit, & juxta hæc, qvæ credit ac sentit, docet atqve cum reliqvis pro omni posse vivit, *hunc exaudit*, ut sit istud Ecclesiæ salutiferum (qvod ex contextu advertendum) & non tantùm donis ministrantibus polleat, sed & signa ac miracula, qvalia Christus tunc patraverat, pro statu istius temporis edere valeat; qvid hic loci de ἀναμαρτησία? Conf. Schmidius *in Resolutione brevi ac Paraphrasi Evangelii Joh. ad l. c.*

Ex Luc. XV. 7. nunqvam fluet hæc consequentia: *Si gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, magis qvàm super nonaginta novem justis, qvibus* (qvod mortalia peccata, ἀποστασίαν & blasphemias super animam haberent & desertionem gregis sanctæ veritatis ac pietatis tentaverint) *non opus est pœnitentia, tunc & propter peccata infirmitatis & venialia non habebunt opus pœnitentia?* Vid. *B.* Gerhard. *Explicatione Evang. Dom. III. p. Trin. qvam R. M.* Loschbrand *Jenæ Ao. 1619. mense Octobr. publicavit.*

Locus tandem Luc. V. 32. cujus paralleli sunt Matth. IX. 13. & Marc. II. 17. pro nostris est partibus expressissime, Christus enim non venit, *ut vocaret justos*, qvi sibi sc. ast hypocriticè videbantur justi ac sanctuli, *sed peccatores* ad resipiscentiam, eamqve non unicam, sed potius qvovis momento & in qvibusvis defectibus iterabilem atqve continuam. Vel si mavis: Christus non venit, *ut vocaret justos*, tales enim mundus post lapsum inter nudos non habet homines, *sed peccatores*, qvales omnes sunt homines, cui ultimæ consensum dedit sententiæ Hedingerus *in notis ad Matth IX. 1.* scribens: D. L. Das ist alle Menschen/ den niemand ist fromm Rom. III. 23. Phariseer (alle auf ihre Ehrbarkeit

als

als ein wahres Christenthum trotzende) halten sich für fromm/ gerecht und seelig / finds aber nicht. 1. Tim. I, 15. spricht Paulus/ Christus sey in die Welt kommen/ die Sünder seelig zu machen.

Weil keine Christen mehr sich fanden / die als Glieder Christi des HErrn Nachtmahl zu obig erwehnten Zweck solten handhaben / so ist es auch zu einen Gnaden-Mittel gemachet worden / erst Christen dadurch zumachen: Es muß zur Vergebung der Sünden eingesetzet seyn. Es muß dienē zu Stärckung des Glaubens uñ zum Wachsthum der Wiedergeburt / und dieses alles daher / weil solche Schätze des Evangelii in / mit / und unter den Brodt und Wein überreichet sollen werden. Fordert man hierüber Beweiß aus der Schrifft / so sinds die Römisch Catholische nicht schuldig / und unsere Lutheraner beweisens aus ihren kleinen Catechismo / sonst weiß ich nicht wo es geschrieben stehet ꝛc. Conf. Ejusdem Wein und Oel *p.* 278. Testimonia *Arnoldi*, *Rosenbachii*, *Caroli* & plurium brevitati studens adducere nolo.

§. 58. Subministrat his arma itidem sua Dn. Joach. Langius, qvi nunc Halæ Magedeb. Theologiam profitetur, in *Antibarbaro Orthodoxiæ Dogmatico Hermen. Tom. II. Sect. I. p.* 570. colligens brevi complexu, qvæ sveverunt objici, his verbis:

AXIOMA

Usus sacræ cœnæ remissionem peccatorum non confert sed jam collatam obsignat.

Demonstratio

§. I.

SAcra Cœna non est Sacramentum initationis sed confirmationis. Ad eam nemo dignè & cum fructu accedit nisi sit discipulus Christi fide prædi-tus. Sola fides secundum ipsum Lutheri Catechi-smum Minorem efficit dignos convivas, tales autem qvi sunt, jam habent remissionem peccatorum. Qvi non sunt, nec eandem in Cœnæ usu accipiunt, utpote indigni.

§. 2. Tanta est hujus rei evidentia ut de ea nec doctri-næ Christianæ tyro dubitare possit, & nihilo tamen minus deprehendas in Pseudorthodoxorum numero non infimi sub-sellii Theologos, qvi statuant contrarium, asserendo, sacræ cœnæ usum conferre remissionem peccatorum. Sed his, qvomodo sibi ipsis contradicant, ostendendum est. Nam statuunt, sese

die

„die sabbathi jamdum certissimè remisisse peccata confitentibus
„& tamen, qvod antea absolutioni uæ adligaverant, nunc rursus
„sacræ cœnæ adstringunt. Unde ipsos oportet confessoribus
„suis pro Christianismo suo conico, qvi conorum instar facilè
„dejicitur vix aliqvot horarum aut unius noctis constantiam (qvod
„enim citò fit cito perit) tribuere, secundum illud Epicure-
„ismi πολυθρύλλητον: *Justus cadit uno die septies.*

„ §. 3. Nec qvicqvam valet objectio, in verbis Insti-
„tutionis dici: *Hic est sangvis meus, qvi pro vobis effunditur in*
„*remissionem peccatorum.* Aliud enim est: sangvis meus effundi-
„tur, s. mox effundendus est per cruentam passionem in remissio-
„nem peccatorum: Aliud: Sangvis meus vobis in sacra Cœna
„confert remissionem peccatorum. Sermo qvidem est de
„Sacra cœna, sed nihil innuitur aliud, qvàm illum sangvinem,
„qvi in remissionem peccatorum seu reconciliationem nostri
„effundendus erat, exhiberi in sacra cœna, nimirum Christi
„discipulis, jam tum per hujus sangvinis vim ad fidem adductis
„& remissione peccatorum donatis.

§. 59. Non malè hic fortean adscriberes ex Gregorii M. Papæ hujus nominis primi *Moralium Libr. VIII.* illi *dum plus exqvirunt contemplando, qvam capiunt, usqve ad perversa dogmata erumpunt: & dum veritatis discipuli esse negligunt humiliter, magistri erroris fiunt.* Non etenim video, qvomodo in præcoci adeò nexu doctrinæ nostræ crimen erroris affricari possit, qvi â nobis sic nec auditus nec probatus, ordine interea perpendemus singula; dicit ergo, qvod *in Pseudorthodoxorum numero non infimi subsellii Theologi asserant, Sacræ cœnæ usum conferre remissionem peccatorum.* Sed audiatur Spenerus in der Einfältigen Erklärung der Christlichen Lehre Q. 1117. qvæ sic habet: Wird dan Vergebung der Sünden in dem Heil. Abendmahl dargereichet? Ja den der HErr befielet deswegen zu trincken / weil es vergossen sey vor viele zur Vergebung der Sünden Mat. 26. 28. Weil nun dieses die Ursache ist / warum wirs trincken sollen / so muß solche Vergebung auch im Abendmahl gereichet werden. Auch sind ohne das der Leib und das Blut Christi solche Dinge / die zu unser Vergebung dahin gegegeben: Deswegen auch die Vergebung

sich

sich davon nicht trennen lässet. Annon ingeminarem ex Terent: Adelph. 3. 4.

O Deme!

Illud est sapere, non qvod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, qvæ futura sunt,
Prospicere.

§. 60. Unum adhuc prænotavero, (non enim fert præsens meditatio, ut de remissione peccatorum per Dei ministrum collata & de Cathedra, ut dicitur, Confessionali ingeram plura) Dicit Dn. Langius, *qvod nos ipsos oporteat confessoribus nostris pro Christianismo nostro conico* (ut nugatur) *qvi conorum instar facile dejicitur, vix aliqvot horarum, aut unius noctis constantiam (qvod enim cito fit, cito perit) tribuere, secundum illud Epicureismi* πολυθρύλλητον: *Justus cadit uno die septies.* Alludit hic ad explicationem dicti Prov. XXIV. 16. Der Gerechte fällt siebenmahl und stehet wieder auf / qvod dum â pluribus de facilitate lapsus ac relapsus explicari consvevit, cum sententia, de facili etiam verè Regenitorum lapsu ac relapsu cavillatur & Epicureismi arguit. Sed qvi sententiam istam non habuimus, de lapsu fortunæ & fatis intentionem sanctissimi Spiritus assumentes, nihilominus fortean ex Speneri gründlichen Beantwortung *contra Pfeifferum & Neumannum* Cap. I. §. 4. p. 11. decidemus: Es ist allen der Spruch bekant Sprüchw. 24/ 16. Ein Gerechter fällt siebenmahl und stehet wieder auf. Bey diesen nun kan keiner/der denselben eigentlich erweget/zweiffeln/ daß Er nicht handele allein von Unglücks fällen: Wie auch unser Lutherus so gar seinem Randgloßlein diese Erklährung einverleibet hat: Fället/ GOtt hilfft immer wieder auf den Gerechten / wie offt Er verderbet und vertrieben wird. Also daß Er nicht/ohne Gewalt den Text zu thun/ von den Sünden-Fällen und deren öfftern Wiederhohlung angeführet werden kan / wie unterschiedliche unserer Lehrer/ auch noch der vortreffliche Hr. D. Geier in seinem Commentario gezeuget hat. Indessen wird auch woll Keiner derjenigen/die dieses werden lesen/seyn/der nicht bekennen müsse / daß Er diesen Spruch von Jugend auf mehrmahlen und zwar mit den Zusatz: Der Gerechte fällt des Tages sieben mahl/ in den Predigten gehöret/

 und

und wo Er im Lesen fleißig gewesen / etwa auch in guten und feinen Theologis (so der Unsrigen als auch Reformirten) gelesen habe / ob wäre der Verstand / daß ein Gerechter woll des Tages sieben mahl in Sünden falle? Wir werden den Spruch finden so gar in Compendiis, da Er der Jugend in solchen Verstande vorgetragen wird. Ja unser theuerster Lutherus selbst / der ihn gleichwoll laut seiner Randglosse anders eingesehen hatte / braucht ihn doch selbst in seinen ersten und letzten Schrifften in solchen uneigentlichen von dem Heil Geist nicht intendirten / ja an sich selbst zu nichts als zu der Sicherheit Stärckung dienlichen und würcklich bey vielen zu ihren Schaden also mißbrauchten Verstand. Woher mag solches anders kommen? als daß / nach dem der Spruch bey den Papisten aus Schuld ihrer Versionis Vulgatæ (die das In die hinzugethan) in dem Verstand von den Sünden-Fällen gantz gemein war / die Liebe unsere Theologi ohne der Sache weiter nachzusinnen bey solcher Meynung / dero Schaden sie nicht vorsahen / g blieben: und entweder einige niemahl dem eigentlichen Verstande gnug nachgedacht / andere ob sie bey der eigentlichen Betrachtung desselben einen andern Verstand gefunden / dennoch in dem Gebrauch desselben von der Gewohnheit sich offt wiederum haben übernehmen lassen: Damit ist solcher irrige Verstand immer von einen auff den andern fortgepflantzet worden / daß ich weiß / wie alte Prediger / so lang im Amyt gewesen / sich kaum bedeuten lassen wolten / daß solcher nicht der rechte wäre / weil sie ihn von Jugend auf also angeführet gehöret hatten. Indessen halte ich unsern theuren Lutherum und andere / die den Spruch also geführet / und ja sichrer Leute Bosheit dadurch zu stärcken nicht gedacht haben / nichts desto geringer / sondern ehre das Göttliche Pfund in ihnen mit aller Danckbahrkeit: Sie würden aber / wo sie es selbst wüsten / dieses nicht übel nehmen / daß wir auch an ihren Exempel die Menschliche Unvollkommenheit erkennen / um ja an keiner menschlichen Autorität zu hangen. Quod interim calumniam de Epicureismo spectat, alii diutius hanc ipsam discussserunt.

§. 61. Nunc ad rem ipsam propius. Videtur itaqve, ac si Quidam ex Nostratibus citra tamen fervorem & pertinaciam alleruerint itidem, quod *Sacra Cœna remissionem peccatorum non*

non conferat. Sic legi qvondam in B. Mislentæ *Collegii Corporis Doctrinæ Prutenicarum Ecclesiarum Dissert. XIV. n. IV. §. IV:* Eucharistia *est Sacramentum confirmationis. Non enim confert fidem ut Baptismi Sacramentum (unde etiam fidei Sacramentum appellatur) sed collatam in actu regenerationis per verbum vel Baptismum corroborat, confirmat & obsignat. - - - Porro Confirmatio fidei complectitur* (1) *de remissione peccatorum in verò ac salutari usu Eucharistiæ promissionis obsignationem.* (2.) *fœderis inter Deum & hominem iniri instaurationem ac* (3) *in eodem conservationem* (4.) *donorum Spiritualium auctionem* (5.) *insitionis in Christum renovationem* (6.) *de transitu ex corruptibilitate ad incorruptibilitatis statum incorruptibili cibo percepto certificationem.* Nec dissimilia apud reliqvos leges Theologos, qvando de Eucharistia velut Sacramento Confirmationis agunt. Sed unius positio non semper est alterius exclusio & qvæ subordinata sibimet sunt, opponuntur præposterè, qvin casu demum & genuino controversiæ statu observato omnis expirabit contradictio.

§. 62. Indubium siqvidem fidei nostræ est suppositum, qvod *mediorum salutis eadem sit ratio, gemina item atqve æqvalis omninò efficacia.* Jam præter *Verbum* & *Sacramenta* respectu Clementissimi Numinis nulla prorsus nobis sunt posita salutis media. Ergo & Verbi & Sacramentorum eadem erit ratio, gemina itidem atqve æqvalis efficacia. Mediorum autem salutis hæc prævia Codicis ipsius, testis adeo divinissimi Conf. 1. Joh. V. 8. demonstratione, ratio & efficacia est, ut (1.) offerant (2.) conferant (3.) sustentent & augeant, (4.) tandem confirment, consolident atqve obsignent fidem salvificam & qvæ cum ista formaliter inferuntur. Ergo nec hæc talia Sacramento Altaris & Eucharistiæ disputari poterunt. Qvemadmodum enim de verbo & Sacramento Baptismi, qvando fidem actu credentium corroborant & confirmant malè concluderem, qvod non habeant potentiam of-& conferendæ fidei, ita pari vigore de Eucharistia rebus sic stantibus tale qvid inferrem qvam ægerrimè, præsertim cum sit indubium ex omnium concessione & confessione, qvod veris Sacramentis duo hæc sint communia:

Collatio nempe gratiæ justificantis & sanctificantis & Unio verbi & Elementi. Pro diverso itaqve respectu Sacræ cœnæ non tantum collatio gratiæ sanctificantis, sed & justificantis vindicabitur, nam organon est & medium gratiam divinam & fidem salvificam ordine divinitus posito offerens atqve conferens simul, qvemadmodum respectu aliorum subjectorum confirmans & obsignans etiam dici meretur.

§. 63. Probat hoc expressis verbis dictum, qvod hactenus explicuimus, dicitur namqve *sanguis effusus εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν* vel qvod §. V. monuimus tota Sacramentalis actio instituta & exigenda εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν & hoc ipso qvidem solidè docetur, qvod hoc Sacramentum institutum sit, ut offerat sumentibus *remissionem peccatorum.* Spiritu Sanctissimo excitatus B. Lutherus scribit: Im Bekänntniß vom Abendmahl Christi *Tom. III. Jen. Germ.* 501. Wo sind mir auch die andern alle/ so da plaudern/ im Abendmahl sey nicht Vergebung der Sünden? St. Paulus und Lucas sagen/ das N. T. sey im Abendmahl/ und nicht das Zeichen oder Figur des Neuen Testaments. Denn Figur oder Zeichen des Neuen Testaments haben gehöret ins A. T. unter die Juden/ und wer bekennet/ daß Er die Figur oder Zeichen des N. T. habe/ der bekennet damit/ daß Er das Neue Testament noch nicht habe/ und ist zurücke gelauffen/ und hat Christum verläugnet/ und ist ein Jude worden. Denn Christen sollen das N. T. an ihm selbst ohne Figur oder Zeichen haben. Verborgen mügen Sie es woll haben/ unter fremder Gestalt/ aber warhafftig und gegenwärtig müssen Sie es haben. Ist nun das N. T. im Abendmahl/ so muß Vergebung der Sünden/ Geist/ Gnade/ Leben und alle Seeligkeit darinnen seyn. Und solches alles ist ins Wort gefasset/ den wer wolte wissen/ was im Abendmahl wäre/ wo es die Worte nicht verkündigten? darum siehe/ welch ein schön/ groß/ wunderlich Ding es ist/ wie es alles in einander hanget/ und ein Sacramentlich Wesen ist. Die Wort sind das erste/ den ohne die Worte wäre der Becher und Brodt nichtes/ weiter ohne Brodt und Becher wäre der Leib und Blut Christi nicht da. Ohne Leib und Blut Christi wäre das Neue Testament nicht da. Ohne das Neue Testament/ wäre Vergebung der Sünden nicht da. Ohn Vergebung der Sünden wäre das Leben und

See-

Seeligkeit nicht da. So fassen die Worte erstlich/das Brodt und den Becher zum Sacrament / Brodt und Becher fassen den Leib und Blut Christi/Leib und Blut Christi fassen das Neue Testament/ das Neue Testament fasset Vergebung der Sünden/ Vergebung der Sünden fasset das ewige Leben und Seeligkeit. Siehe/das alles reichen und geben uns die Worte des Abendmahls und wir fassens mit den Glauben/ solt nun der Teuffel nicht solchem Abendmahl feynd seyn und Schwermer darwider auffwecken? ꝛc. ꝛc.

§. 64. Nec obicem ponet Explicatio hujus loci, qvam Dn. Langius urget, scribens: *Aliud est sangvis meus effunditur, seu mox effundendus est per cruentam passionem in remissionem peccatorum: aliud: Sangvis meus vobis in Sacra Cœna confert Remissionem Peccatorum. Sermo qvidem est de Sacra Cœna, sed nihil innuitur aliud, qvam illum sangvinem, qvi in remissionem peccatorum seu reconciliationem nostri effundendus erat, exhiberi in Sacra Cœna, nimirum Christi discipulis, jam tum per hujus sangvinis vim ad fidem adductis & remissione peccatorum donatis.* Nam antiqvum hoc fuit stratagema Calvinianorum & jamdum Anno Christi 1595. hoc ipsum declaravit inane B. Valentin. Schachtius Nostras & Academiæ Nostræ Theologus laudatissimus, sic enim regerit in *Assertione Declarationis Verborum Cœnæ Dominicæ p.* 87. Edit. Witteb. in Octav. *Etsi passionis finis est tradere corpus & sangvinem pro nobis in remissionem peccatorum: tamen rocordatio hujus ejusdem finis celebratur distributione & sumptione corporis & sangvinis Christi in Cœna. Ideoqve propriissimè qvidem dicitur novum fœdus de remissione peccatorum sancitum esse in ara crucis, passione & morte Christi. Sed idem corpus qvod fuit in cruce oblatum & idem sangvis, qvi ibi fuit effusus in remissionem peccatorum offertur & distribuitur credentibus in sacra cœna, ut fœdus cum Deo jam prius sancitum ipsis etiam confirmetur & bona in eo legata conferantur & obsignentur.* Confer: prolixè Qvenstedius *System. Part. IV. Cap. VI. Sect. II. Qvæst. X.* & adde verba eruditissimi Dn. Crenii qvi sic loco jamdum citato p. 639. scribit: Es wird den Communicanten das Blut Christi aus dem Kelch dargereichet zu empfangen/ um sich zu vergewissern aller Wollthaten dem Neuen

Bunde einverleibet / als da sind Gnade GOttes / Vergebung der Sünden / Gerechtigkeit und Seeligkeit. Welcher Nutz dan von dem gantzen Sacrament herrühret und ist dasselbige Sacrament das Mittel / wodurch Christus die durch seinen Todt erworbene Güter denen Communicanten NB. aufträget und auch kräfftiglich den Glaubigen mittheilet. Brodt und Wein sind bey weiten nicht gnueg mit ihren Zeichen solche grosse / Geistliche und Himmlische Güter in unsern Hertzen und Gewissen zu versiegeln. Christi Fleisch und Blut ist hier auch nicht dazu verordnet / verrichten es auch nicht alleine; den Sie hier nicht betrachtet werden als causa meritoria oder Verdienstliche Ursache / dadurch uns solche Güter erworben / sondern als ein Medium und Mittel / wodurch solche erworbene Güter zu den Menschen sollen gebracht / und ihnen zugeeignet werden / massen sie den vermittelst Brodts und Weins / als eine Sacramentliche Himmlische Speise aufgetragen werden / daß gleicher Gestalt / wie sonsten die gemeine Speise dazu von GOtt verordnet / und ihr die Krafft eingeleget / daß Sie genossen / das Zeitliche Leben der Menschen / auch diese Himmlische Sacramentliche Speise / das Geistliche Leben soll NB. mittheilen und erhalten.

§. 65. Optimè hæc ipsa suo jamdum tempore expressit B. David Chytræus *in Præl. de Baptismo & Eucharistia Edit. Witteb. de Anno M. DLXXXIV. p. 163. s.* docens: *Sunt ergo veri fines & usus Testamenti Domini: Quod primum commonefacit & erudit singulos de Christo redemptore nostro pro nobis passo, mortuo & resuscitato, omnibusque N. T. beneficiis, Christi morte & sanguine confectis (sicut summa totius Evangelii in ipsis verbis cœnæ comprehenditur) & velut nervus est memoriæ & conservationis doctrinæ de passione & morte Christi, quæ hoc ritu publico ad omnem posteritatem illustrius propagatur, - - - - Deinde medium est, per quod Deus remissionem peccatorum & omnia Christi beneficia credentibus NB. offert & exhibet; ac velut pignus seu testimonium & sigillum est applicationis beneficiorum Christi ad nos singulos. Cum enim in promissione s. verbo Evangelii omnibus credentibus in genere remissio peccatorum & salus æterna offeratur: usus cœnæ Dn. in specie ad unumquemque promissionem gratiæ applicat, ut singuli sumentes cœnam certissimè statuamus, nobis dari remissionem peccatorum non propter hanc sumptionem, sed propter Filium*

lium Dei, qui pro nobis corpus suum in mortem dedit, & sanguinem suum effudit, & nunc vivens ac regnans ad dextram patris colligit & sanctificat Ecclesiam, & verè efficax est in iis, qui fide sumunt & hac consolatione se sustentant. Conf. B. Mart. Chemnizii *fundamenta sana doctrinæ de vera & substantiali præsentia, exhibitione & sumptione Corporis & sanguinis in Cœna Ed. Jen. de Anno MD. XC. p. 457. s.* Iisdem non multo post inhæsit vestigiis B. Beringius *Theologus Gryphicus* Disputatione siquidem *de Sacramentis in genere* §. *XCV.* scribit: Sacræ Cœnæ principalior finis est *offerre promissionem gratiæ omnibus & singulis utentibus. Promissio gratiæ est promissio de reconciliatione cum Deo, remissione peccatorum, fide, justitia & salute æterna, propter Christum mediatorem. Hæc omnibus & singulis Sacramentis ad efficaciæ ejusque certitudinis testimonium, voce divina annexa est. In Veteri T. obscurè & indistinctè, quia corporalibus promissionibus in Messia futuro fuit involuta Gen. XVII. 4. 5. 6. 7. 13. 14. Exod. XII. 24. 25. &c. in N. T. clarius & distinctius, quia umbris rerum cessantibus successit ipsum corpus Hebr. I. 1. Marc. XVI 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, Matth. XXVI. 26. 27. 1. Cor. XI. 24. Corpus meum quod pro vobis traditur. Sanguis qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in mei commemorationem. Sunt igitur Sacramenta divina organa promissionem gratiæ offerentia, omnibus qui iis utuntur.* Conferri hic meretur M. Jo. Heslelbeini *Dissertatio Sacramentalis seu: Tractatus Polemicus cuidam emissario Gocleniano oppositus p. spec. 39 s.*

§. 66. His ita præviis Dn. Langius malè Sacram Cœnam sic credidit Sacramentum Confirmationis ut Sacramentum collationis esse dehnat, *in Universum enim duplex finis* (scribo hæc ex B. Mislenta *Disp. XII. Colleg. Corp. Prut. Sect. III. §. 14.*) *Sacramentorum à Theologis recensetur* (1.) *exhibitionis, quod sint media & organa ac ὀχηματα per quæ Deus tum exhibeat & offerat: tum applicet credentibus promissionem Evangelii propriam de remissione peccatorum, justitia & vita æterna. Ab hoc fine Sacramenta vocantur signa in Apolog. Aug. Conf. Art. XIII. ex Rom. 4. v. 11. & ex Gen. 17. v. 11. non nudè significantia; sed*

προσ-

προσφερόμενα *s. exhibentia rem celestem Sacramenti 2. Confirmationis & obsignationis: qvod Sacramenta sint signacula & sigilla divinæ erga nos gratiæ, fidei in nobis confirmandæ gratia divinitus institutæ Rom. IV. v.11.*

Nec obstat, qvod *ad Sacram cœnam nemo dignè & cum fructu accedat, nisi sit discipulus Christi fide præditus, cum sola fides secundum Lutheri Catechismum minorem efficiat dignos convivas, tales autem qvi sint, jam habeant remissionem peccatorum,* certum enim & à nobis etiam concessum est, qvod peccator per præviæ explorationis omissionem semet indignum efficiat sacræ Synaxeos convivam, & cum fide indeqve fluente remissione peccatorum destituatur, nisi qvid intervenerit & obex malitiæ perpetuò manserit, reus fiat corporis atqve sangvinis Christi; sed hoc qværitur: an peccator istiusmodi efficaciam Sacramenti sic destruxerit atqve annihilaverit, ut ipsi malitiosè resistenti nec offerat amplius, nec offerre possit gratiam Dei remissionem peccatorum & reliqva Christi merito parta ac acqvisita. Cum verò hoc nunqvam asseri poterit, decidendum est firmiter, qvod Sacra cœna etiam indignis & malitiosè resistentibus offerat efficacissimè omnem salutem, fidem, ac remissionem peccatorum, adeo eqvidem, ut si hactenus malitiosè resistens ac indignus in ipso momento acceptionis & dum Sacramentum Synaxeos freqventat efficaciæ Sacramenti & in ipso τῷ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν Eph. III. 20. cesserit, Sacram cœnam experiatur Sacramentum collationis, qvod actu conferat fidem & remissionem peccatorum.

§. 67. Nil impedimenti his deductis adferent Φλυαρίαι Langianæ, qvando nobis ostendere voluit, qvomodo nobismet contradicamus. Statuimus etenim nosmet Ministri Dei, Causam Redemptoris nostri, qvi solus meritoriè peccata remittit, sustinentes, qvod die Sabbathi, vel alio, qvo confessores mandato Christi nos accedunt, certissimè remittamus peccata, aut jamdum credentibus confirmemus remissionem pec-

peccatorum ; Qvod & Sacra cœna confirmet credentibus re missionem , conferat verò eandem istis , qvi vel in momento sumptionis efficaciæ divini hujus convivii cedunt; nec fides nostra sic erit conica ex ludibrio Langii , sed conos potius & cristas erigemus superistos, qvi Omnipotenti sunt infesti , Ecclesia etenim nostra habet adhuc sub umbra immensi Gubernatoris & Ducis loca vexillorum Cant. Vl. 3. & vexilligeras copias atqve arces ut triumphans exclamet : *Qui sedet in tabul. Altissimi , in umbra fulminatoris permanet, dicens* (erit) *Jehova: Refugium meum & propugnaculum meum DEus mi in qvo confido &c.* Ps. XCl. 1. f. und so vergleiche ich den das Abendmahl mit Recht einen gezuckerten Wein/ da zwar alles süsse und Anfang und Mittel sehr angenehm/ das süsseste aber auf dem Grunde und am Ende lieget. Man fühlets eigentlich im Geiste wenn man auf diese Worte kommt / zur Vergebung der Sünden daß Sie dem betrübten Hertzen wol thun und als ein süsser Safft in die Seele dringen. Der wenigste Theil der Menschen erkennet diesen Schatz; Dies kommt daher / weil Er die Krafft der Sünden nicht fühlet noch achtet. Ist aber einer der die Sünden Macht recht schmecket/ mit heissen Thränen beweinet und in solcher Traurigkeit an die Gnade GOttes und Versöhnung Christi gedencket / der empfindet/ wie hoch ein geängstet Hertz dadurch erfreuet wird. Wer nicht mit Paulo klagen kan : Ich elender Mensch / wer will mich erretten von dem Leibe dieses Todes/ der kan auch nicht mit ihm jauchtzen. Ach wie ein theures werthes Wort ist es/ daß Christus in die Welt kommen ist die Sünder seelig zu machen. Wenn dir einer einen Schatz giebet / so erkennest du es mit Danck ; Nun ist kein grösserer Schatz im Himmel und auf Erden als Vergebung der Sünden; angesehen wo Vergebung der Sünden ist/ da ist Gerechtigkeit/Leben und Seeligkeit. Darum erkenne es und dancke deinem JEsu vor dem Beschluß des Sacraments: Zur Vergebung der Sünde. und sprich:

Hab liebster Heyland grossen Danck
Für deine Süßigkeiten/
Ich bin vor lauter Liebe kranck
Darüm wart ich auf die Zeiten/
In welchen du o Lebens-Fürst
Mich sammt den Auserwehlten wirst
Zur Himmels Taffel leiten. Amen.

St. hæc Verba Crenii l. c. p. 643. f.

§. 68. Gratiori nunc tandem excipimus brachio eruditissimum Dn. de Roth. *in Specim Theologiæ: Poetico-Biblicæ Loco XIV. de Sacra cœna* 115. ubi inter fructus sacerrimæ Synaxeos refert *insitionem in Christum & vitam æternam* Vi dicti Joh. VI. 34. s. *Qvi manducat meam carnem & bibit meum sangvinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo ipsum extremo die - - & in me manet & ego in ipso.* Optimè etiam addidit: *Quæ verba licet de manducatione & bibitione Spirituali agant, rectè tamen ad Sacramentalem accommodantur, qvia Sacramentalis manducatio & bibitio sine spirituali salutaris esse non potest* Conf. Schmidius in *Colleg. Bibl. post.* p. 321. s. id etenim certum, qvod remissionem peccatorum consequantur infinita misericordiæ τεκμήρια, obtegitur enim radix peccati & qvamvis in se non fiat inabominabilis, in hunc tamen asseritur modum, ut actualis condemnatio ad Regenitos non transeat; culpæ reatus tollitur; pœnæ reatus cessat; regenitus declaratur justus, in filium adoptatur; cum Messia animarum sponso desponsatur; Per Spiritum S. perficitur atqve inhabitatur; Ab omnibus peccatis qvotidie per fidem in sangvine Christi mundatur; Vita Spiritualis magis magisqve elevatur & ad vitam æternam confirmantur atqve obsignantur omnes, qvi hanc gratiam adepti, sicut in cruce ac calamitate eriguntur & ut meliores semper evadant, probantur. Conf. Edelius *de Usu & finibus S. Cœnæ p.* 180 *Commendant contra se tanqvam Dei ministros in patientia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in verberibus, in custodiis, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in puritate, in cognitione, in longanimitate, in humanitate, in Spiritu S. in dilectione non simulata, in verbo veritatis, in virtute DEI, per arma justitiæ à dextris & sinistris, per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, qvasi seductores, & veraces: qvasi ignoti & noti: qvasi morientes & ecce vivunt: Qvasi castigati & non morti dati: qvasi tristitia affecti, semper vero gaudentes: qvasi pauperes, multos vero ditantes: qvasi nihil habentes & omnia possidentes. 2. Cor. VI.* 4. s. Conf. D. Jo. Wandalini Fil ὑποτύπωσις sanorum verborum Cap. X. §. VIII. p. 318. s. Chytræus de Sacra Cœna p. 176. & plures. Concludimus itaqve nos cum omnibus verè credentibus.

O qvam Sanctus panis iste
Tu solus es Jesu Christe
Caro, cibus, Sacramentum,
Qvo non majus est inventum &c.

CON

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

Præfamen ex ansa dicti Gen. 21. bonitatem Dei per media salutis ad nos copiosissimè redundantem, prædicat & contra hostes gratiæ & mediorum salutis insurgit.

Tractationis.

§. 1. Probat Sacramentum Altaris dari *in remissionem peccatorum* ex Luc. XXII. 19. 20. & Matth. XXVI. 28.

§. 2. Insinuans varias Lectiones Textus, de varietate Lectionum qvæpiam monet.

§. 3. Illustrat, qvomodo sangvis Christi *pro multis* dicatur effusus?

§. 4. Docet, qvaratione *super nos* legatur effusus &

§. 5. Absolvit, qvod *remissio peccatorum* totius Sacramenti sit effectus.

§. 6. Ad rem accedendo removet frivolè dicta vom Löffel des N. T. &

§. 7. De *subjecto* propositionis Sacramentalis: τοῦτο demonstrat, qvod utrumqve unitorum complectatur &

§. 8. De vocabulo ποτηρίου s. calicis in hoc eqvidem nexu idem evincit.

§. 9. De *prædicato* propositionis Sacramentalis, *Sangvine* sc. *Christi* disserit.

§. 10. Illustrat eandem ex eo, qvando *Calix* dicitur *Novum Testamentum*, id qvod

§. 11. Adhuc ex significatione vocum בְּרִית & διαθήκη illustratur, qvare etiam

§. 12. In Consultationem syncretisticam Dom. Calvörii invehit &

§. 13. Objectionem ταυτολογίας removet. Tandemqve

§. 14. Sententiam nostram ex Libr. Symb. confirmat &

§. 15. Contra Reformatos ac Syncretismi fautores decidit.

§. 16. Præmittit abusum Sacræ Cœnæ inter *Pontificios*, *Reformatos* & *Fanaticos*.

§. 17. Probat, qvod *remissio peccatorum* sit *finis* sacræ cœnæ *subordinatus*

§. 18. Monstrosam Dippelii sententiam de *dimissione peccatorum* citra satisfactionem & imputationem meriti Christi exhibet

§. 19. Trilleri, Reizii, Felbingerii & Socinianorum promiscuè consensum docet.

§. 20. Rationem Dippelii ex cavillato Juliani Apostatæ elidit Et

§. 21. Explicato dicto *Luc. IV.* 17. monstrat, qvod talis *dimissio* in *Politicis* non procedat, etiamsi juxta

§. 22.

§. 22. *Expromissor* accessit

§. 23. Docet, qvod in *Theologicis* longè minus valeat, ubi absolutissima reqviratur *satisfactio* id qvod

§. 24. confirmat

§. 25. Instantiam Dippelii ex Vta; Petitione insinuat & refutare incipit.

§. 26. In hoc proposito prævio sacro codice & probis Exegetis pergit.

§. 27. Instantia duplici *dimissionem* & remissionem peccatorum metaphoricam impugnat.

§. 28. Sententiam ipsorum qvi membrum *Petitionis* | *Vta ἡμᾶς καὶ ἡμεῖς Causaliter* explicant habet

§. 29. Huic tamen sententiæ istam, qvæ *de signo* est, præfert; qvam

§. 30. Pleniore paraphrasi illustrat &

§. 31. Ex Symb. Libr. confirmat. Addita tamen

§. 32. Limitatione inter id qvod fit *Univocè* & *analogicè*

§. 33. Magis adhuc monstrosam Dippelii & Fanaticorum sententiam de *Perfectismo* insinuat. Et

§. 34. habet, qvid Sp. fanaticus de perditione hominis penitissima revelasse credatur. Qvod ipsum tamen

§. 35. refutat.

§. 36. Probat Perfectissmum â Fanaticis statui ex Dippelio

§. 37. Præmissis his, qvi *Perfectismum* solidissimè impugnarunt, *Dn. Caroli* eandem hæresin deplorat. Qvam

§. 38. Ex Catechismo ipsius apertissimè probat.

§. 39. Docet fatorum præsentium injuriam, ubi verè & verbi divini tenore pii velut impii traducuntur.

§. 40. Dictum Eph. II. 17. vindicat

§. 41. Loca Joh. IX. 31. Luc. XV. 7. & Luc. V. 34. solidè explicat. Et

§. 42. Rom. V. 19.

§. 43. Instantiam ex 1. Tim. I. 9 retundit item

§. 44. Ex 1. Joh. III. 5. unde

§. 45. Explicatione sana præsupposita, dicta etiam Eph. II. 2. 2. Tim. II. 26. 1. Joh. III. 9. ritè ordinantur. Nec

§. 46. Qvicqvam Locus Rom. VI. 17. obest, sed potius

§. 47. Jacobus Cap. I. 14. nostras est & ex Gal. V. 24. pii verè crucifiguntcarnem, aut per se aut in Christo. Et sic

§. 48. Nulla est condemnatio

in

in iis Rom. VIII. 1. qvamvis peccatum adhuc habeant velut regenitus Paulus Rom. VII. toto, qvale qvid juxta

§. 49. Paulus etiam in Corinthiis actu regenitis deprehendit ex 1. Cor. III. 1. s. & emphasi vocis σαρκικὸς.

§. 50. & 51. Exceptio Dn. Caroli, qvod in carne demum habitet malum ex Rom. VII. 18. & qvod Templum Christi & Sp. S. 1. Cor. III. 16. &c. refutatur.

§. 52. Loca item 2. Cor. III. 5. Phil. II. 13. Joh. XV. 5. contra ipsum stant. Nec

§. 53. Ulla Servatio præceptorum Dei absoluta *Regenitis* etiam possibilis erit. qvod

§. 54. Ex Reinholdo Condit. & LL. SS. illustratur.

§. 55. Asserta hactenus Regenitorum imperfectione, qværitur: *An Sacra Cœna sit medium, remissionem peccatorum off & conferendi*, qvod negant, *Sociniani*, *Arminiani*.

§. 56. *Reformatique* plures & *Syncretistæ*.

§. 57. Concitatiori etiam mõtu *fanatici*, qvibus

§. 58. Arma dedit Dn. Langius Prof. Th. Hal. cui speciatim

§. 59. Ex Spenero generaliter respondetur &

§. 60. Ad dictum Prov. XXIV. 16. Contra Eundem

§. 61. Præmittit, qvod aliqvi Nostratium asseruisse videantur: *Sacram Cœnam remissionem peccatorum non conferre*. ex B. Mislenta, id qvod tamen revera nullus asseruerit. Unde

§. 62. Probat qvod *Verbum & Sacramenta* sint media *æqualis vigoris* & efficaciæ, cum ergo & *off. & conferant* remissionem peccatorum, *eadem* virtus S. Cœnæ vindicatur.

§. 63. De Sacra Cœna hoc probat ex Matth. XXVI. 28. & iis, qvæ hactenus inculcata sunt.

§. 64. Oppositionem Langii *De sanguine effundendo* refutat, qvod &

§. 65. Ex Chytræo & Beringio confirmatur, sicut tandem

§. 66. Ex Mislenta instantia *de jamdum ante communionem credentibus* refutatur, qvia actu non credentibus semper maneat medium off. & conferendæ remissionis peccatorum.

§. 67. Hoc pluribus confirmat ex Crenio & tandem

§. 68. Ex Dn. de Roth & aliis absolvit.

Virg

Viro juveni Pietate, Doctrina, Moribus conspicuo,

DOMINO STOLTEN.

Rostochiensi Th. Cultori industrio

S. P. P.

J. N. QVISTORPIUS

D. Prof. Past. & Superintend. hodie atqve Academiæ Rector.

DVo sunt ornamenta Studiosi ingenui: Optimum ingenium conjunctum cum industria, alterum pietas infucata: utrumq; in Te observamus optime *STOLT*, ingenium tuum cum pertinaci industriâ nobis sat probasti, qvandò sobriè, facundè & solidè Te ad populum de suggestu dicentem audivimus, & eadem dabis in Præs. Dissertatione eruditissima. Pietatem tuam & novimus; non enim memini, qvod unqvam injus sis vocatus, cum innocenter in Deo vivere allabores. Perge modo, ut hactenus fecisti egregiè, intellectum tuum divinâ imbuere scientiâ, voluntatemqve ad optimos qvosqve formare mores, sic succurrente Summi Numinis gratia salutares aliqvando in Ecclesiâ habebis sermones Vale.

Ad

Nobilissimum & Clarissimum DN. STOLTEN,

Publicè Disputaturum.

EX qvo ingenii Tui alacritas, ejusqve insatiabilis in omne bonorum studiorum genus sese diffundendi cupido mihi innotuit, intra breve temporis spatium. in meis qvoqve Scholis, eos Te fecisse progressus animadverti, qvi & eximii rarioresqve essent, & ipem. patriæ Tuæ neqvaqvam vulgarem excitarent. Qvibus verò ex eo tempore continuatâ, qvæ indoli Tuæ indita est, industria id adjecisti robur, ut nunc in publicum proditurus, qvem intra Te thesaurum collegeris, scientiâ pariter & eloqventiâ omnibus sis demonstraturus. Macte itaqve hac virtute Tuâ & dona tibi à DEO concessa subinde magis magisqve exere, ut & optimorum Parentum concepta de

de Te ſpes ingenuorum gaudiorum fructum pariat, & Eccleſia ea ex Te brevi ſentiat emolumenta, qvæ ad poſteritatem diffuſa nomini Tuo famam gloriamqve concilient & honeſtam & nunqvam perituram. Qvod ut feliciſſimo cum ſucceſſu fiat, Deum qvem qvotidie veneraris, ſeriis votis inploro. Scr. pridie Calend. April. MDCCX.

JO. FECHT. D.

UT Juvenes celebres, digni, qvi laude beentur
Divitis ingenii reddere ſigna ſolent.
Sic & divinos STOLTI ſpes magna parentum!
Tu mentis ſenſus exprimis atqve doces.
Sedula ceu teneris apis undiqve floribus inſtas,
Oreqve nectareos ſugis hiante favos.
Nunc & perdoctum ſpecimen placet addere, multâ
Qvod te condecorât laude Virumqve probat.
Hoc Tibi de toto conamen pectore grator.
Altis ex cœlis optima fata precor.

Hiſce Clariſſ. optimæqve ſpei Juveni de eruditionis Theologicæ ſpecimine publicè edito Lmqve gratulari voluit

Z. GRAPIUS D.

Nobiliſſimo atqve doctiſſimo

DN. STOLTEN

Phil. & Theologiæ Conſecraneo fulgidiſſimo

Amico ac Auditori ſuo exoptatiſſimo S. P. P.

HOdierni ſanè ſeculi noſtri mores â vera virtutum cultura abhorrere videntur, adeò ut haud ineptè huc qvadret illud Poetæ:
Nunc pudet eſſe bonos, nunc eſt malè vivere virtus,
Nunc qvicqvid facias turpiter, omne decet.
Scilicet hæc rerum ſeries, ea gloria mundi eſt,
Heu mihi qvis finis temporis hujus erit.

Interim

Interim lolia inter infelicia triticum tamen præstantissimum deprehendi nihil impedit. Qvid mirum itaqve, si media inter vitiorum agmina strenuos virtutum Cultores caput extollere advertis? Testem Te advoco, *optime Stolti*! Qvi enim intus Te norunt, blandum virtutis amorem pectori tuo qvam intimè infixum, deprædicare nulli dubitant. Almæ jam nostræ aliqvot per annos insertus, nihil habuisti prius, nihil antiqvius, qvam ad pedes Ganalielum Tuorum sedere industrius & curiosus Auditor. Qvæ usui esse judicas, in succum ac langvinem convertere studes, qvæ scrupulum aliqvem movere videntur, vel pleniori minimum egere luce, eorum uberiorem dilucidationem modestè expetere didicisti. Hinc insignem jam Tibi eruditionis thesaurum conqvisivisti, dignus ea propter, qvem haud postremæ maneant laudes, qviqve in exemplum genuinis Musarum Filiis proponatur. Sed vitam qvoqve ducere gestis inculpatam, adeò ut Supremi Numinis cultum Supremam Tibi fixeris legem, aliqvandò ipse ad æterni DEI venerationem alios imitaturus, pariter Præceptorum atqve Patronorum Tuorum favorem perennantem Tibi conciliare, Commilitorum autem amorem haud interruptum conservare noveris. Macte hac tua virtute politissime STOLTI! Indies lineam ducere perge! Ita enim studia tua hactenus laudabiliter gesta exoptatum, qvem Tibi cum DEO proposuisti, portum conseqventur. Ita evades vas Ecclesiæ electum. Ita vigebis, florebisqve in DEI optimi Maximi gloriam, Parentumqve Tuorum perinsigne gaudium, id qvod ex animo voveo

HERM. CHRISTOPH, Engelcken/
S. Theol. D. & ad Ædem
JOH. P.

SA-



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918/phys_0084
DFG

ro juveni Pietate, Doctrina, Moribus conspicuo,

DOMINO STOLTEN.

Rostochiensi Th. Cultori industrio

S. P. P.

J. N. QVISTORPIUS

t. & Superintend. hodie atqve Academiæ Rector.

enta Studiosi ingenui: Optimum ingenium
m industria, alterum pietas infucata:
dervamus optime *STOLT*, ingenium tuum
nobis sat probasti, qvandò sobriè,
opulum de suggestu dicentem audivi-
Dissertatione eruditissima. Pietatem
memini, qvod unqvam in jus sis
vivere allabores. Perge modo,
lectum tuum divinâ imbuere
qvosqve formare mores, sic
lutares aliqvando in Ecclesiâ

Nobilissimum ...rissimum

DN. S... EN,

Publicè Di...

EX qvo ingenii Tui ala... insatiabilis
in omne bonorum studior... diffundendi
cupido mihi innotuit, int... is spatium.
in meis qvoqve Scholis, e... rogressus
animadverti, qvi & eximii rariores... lpem.
patriæ Tuæ neqvaqvam vulgarem exci... s ve-
rò ex eo tempore continuatâ, qvæ indol... est,
industria id adjecisti robur, ut nunc in ... u-
rus, qvem intra Te thesaurum collegeris, ... r
& eloqventiâ omnibus sis demonstraturus,
hac virtute Tuâ & dona tibi à DEO concessa ...
magisqve exere, ut & optimorum Parentum

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853960918/phys_0085
DFG